concessi per manum Philippi [367] tunc *Belvacensis electi*, concedentibus hoc et ratum habentibus fratribus meis *Hugone* [368] *primicerio Metensis* Ecclesiæ, tunc prædictæ Ecclesiæ de *Credulio* abbate, et Simone [369] milite fratre meo et dominum meum Radulfum [370] *Abbatem Cluniacensem* atque venerabilem virum domnum Rainaldum [371] consanguineum meum ejusdem monasterii tunc *priorem* atque conventum insaisivi et investivi, idipsum statuens in hunc modum. Quotiens et quoquomodo in Ecclesia illa prebendam vacare contigerit, monachi *Sti Lupi* eandem præbendam habeant et monachum ibi ponant defunctisque universis ejusdem Ecclesiæ canonicis, soli monachi totam Ecclesiam illam liberam et quietam possideant, et ei deserviant ad minus quatuor, quorum tres sint presbiteri. Si autem interim præfatus prior aliquem monachum ibi posuerit, idem monachis thesaurum Ecclesiæ custodiat et ipso dispensante præbenda operi assignata expendatur. Verum ne quis ausu temerario ipsos monachos super hoc inquietare presumat, auxilium meum omnibus modis absque danda pecunia eis sub juramento promisi quod vel ego dum vixero, nec heredes mei post me aliquo modo patiemur pro posse monachis nostro inde damnum aliquod provenire.

Quod ut tutum et inconcussum permaneat præsentium literarum munimine et sigilli mei impressione roboravi.

Nomina etiam personarum hoc attestantium subnotari feci: S. Duranni præpositi. S. Vuillelmi [372] capellani comitis. S. Rainaldi Aguillum [373]. S. Johannis de Monte [374]. Visum est hoc anno Verbi incarnati MC. LXXV, regnante Rege Ludovici anno regni ipsius XI primo, mense februarii feria quarta VI kal. martii, luna XII. Hæc in hunc modum ordinata sunt et in scriptum redacta apud *Stum Lupum* in præsentia domni Radulfi abbatis *Cluniacensis*.

Cette charte est scellée en cire rouge d'un sceau représentant l'effigie d'un cavalier armé.

367. Philippe de Dreux, évêque élu de Beauvais, 1175-1217, célèbre pour ses exploits plus militaires qu'ecclésiastiques, sa munificence...

368. Hugues, primicier de Metz, frère du comte Raoul. Voir *Mettensia*: « Testes... Hugo primicerius » de 1164 à 1170. Voir 355.

369. Simon, chevalier, autre frère du comte Raoul, dont il épousera la belle-sœur, Mathilde d'Ailly.

370. Raoul de Sully, abbé de Cluny, lequel était lors à S. Leu.

371. Renaud de Haute-Pierre, prieur de S. Leu. Voir 352.

372. Guillaume, chapelain du Comte, est cité plus d'une fois aux dates de 1165-1171 (Afforty, T. XIV, p. 466).

373. Renaud Aguillum, Aguilluns, Aculeus. Cette épithète Aiguillon apparaît accolée aux noms d'Adam en 1160 et 1165, de Pierre, chevalier, en 1170, 1177, 1180, 1186 (Afforty, T, XIV p. 466, 610-612). Voir Douët d'Arcq, de l'Épinois, M. de Luçay...

374. Jean du Mont, chevalier, disent la charte des Mesiaus de Creil (Afforty, T. XIV, p. 466) et le Cartulaire de S. Christophe en Halatte, lesquels amènent vers 1171 ou 1172 ce personnage peu connu. Il apparaît fréquemment dans les documents des années 1170, 1172, 1186 à 1190.

LXXX

24 Février 1176.

Chirographe de l'avouerie du Comte Raoul de Clermont et de ses successeurs sur le prieuré de S. Leu d'Esserent. Voici, sauf quelques retranchements, l'analyse de ce document telle que M. Em. Roussel, archiviste de l'Oise, l'a insérée dans l'*Inventaire sommaire des archives départementales* (T. II, p. 346). H, 2440.

Les moines de Saint-Leu, ayant beaucoup à se plaindre de quelques chevaliers et de quelques paysans habitant à Saint-Leu, sur le conseil de Renaud de Haute-Pierre, « *de Alta Petra* », leur prieur, allèrent trouver Raoul, comte de Clermont, et firent avec lui les conventions suivantes.

Ils lui donnèrent une maison, dans la ville d'Esserent, afin qu'il en fît une maison fortifiée, entourée d'un fossé et d'un mur sans tour, la moitié de la justice que le prieuré possédait à Esserent, en sorte que le comte y ait son prévôt, ainsi que les moines ; le prévôt du comte prêtera serment au prieur et aux moines, et le prévôt des moines prêtera serment au comte de rendre fidèlement la justice. Les moines donnent en outre au comte deux mines d'avoine à prendre tous les ans sur chaque maison d'Esserent qui sera habitée ; sont exceptés de cette redevance à toujours et de la justice du comte, les serfs et serves et les serviteurs ; toutefois ces derniers, lorsqu'ils posséderont une maison, ne paieront chaque année qu'une mine d'avoine, aussi longtemps qu'ils seront au service du prieuré. Il ne sera pas permis au comte de conduire ou de faire partir de force les habitants d'Esserent à la guerre ou à l'armée, ou à la construction et à la réparation de ses châteaux ni pour quelqu'autre besoin ; mais ils pourvoiront, s'il est nécessaire, à la fortification et à la défense de leur ville. Pour l'utilité du monastère, le comte transfère à perpétuité à Esserent la foire qui se tenait à Creil ; la moitié du revenu de cette foire sera pour les moines, et l'autre moitié pour le comte. Le comte pourra faire construire à Esserent un pont de pierre sur la rivière, et le revenu en sera partagé entre le comte et les moines, « *salvo illo transitu qui per longum aque fit, quem monachi ex antiquo possident et cis remanet liber et quietus* ». Si les moines veulent construire des moulins sur le pont, de quelque nature qu'ils soient, le comte n'y percevra rien et ne pourra faire de moulin dans toute la rivière. Si le comte ou ses successeurs s'écartent des conventions susdites, ils devront comparaître en jugement à Saint-Leu ; le comte a prêté à l'abbé de Cluny hommage et serment d'observer toutes les conventions susdites.

Cette charte a été scellée des sceaux de Cluny, de Saint-Leu et du comte

Raoul ; témoins : Hugues, abbé de Saint-Germer ; Bérenger, prieur de Montdidier ; Guillaume, chapelain du comte ; Hugues d'Auneuil, « *de Anuel* » ; Renaud Agullun.

Mais voici le texte latin de ce chirographe que l'on retrouvera en Louvet (op. cit. T. I, p. 647), en Afforty (T. XIV, p. 537 et XVIII, p. 224) et dans les Mémoires de la Société Acad. de l'Oise (T. X, p. 126).

Gestorum veritatem veterum litteris iccirco mandare docuit ne subrepens oblivio jurgiorum posteris seminarium fieret. Inde [375], est quod ego Radulfus, Dei gracia humilis *Cluniacensis* abbas, presentibus et futuris notum facio quod monachi *Sci Lupi de Ascerens*, de quibusdam militibus in eadem villa manentibus et de rusticis ejusdem ville plurimum conquerentes qui redditus et jura monachorum diminuebant et homines ejusdem monasterii verberabant et quosdam de monachis vulnerare presumpserant, communicato consilio cum Rainaldo *de Alta Petra* [352], venerabili viro, ejusdem loci priore, per concessionem totius *Cluniacensis* capituli, ad Radulfum, nobilissimum comitem de *Claromonte* [366], convenerunt et pro tuenda libertate monasterii sui, tales cum ipso pactiones, per manum nostram, firmaverunt.

Concessimus ei mansuram unam in villa de Esserens in propria terra *Sci Lupi*, preter culturas, ad construendam domum muratam [376] circumdatam fossa et muro sine turri. Concessimus etiam ei justicie quam habent monachi in eadem villa medietatem, ita quod Comes prepositum suum, quemadmodum monachi, in villa habeat. Si aliqua causa in villa fuerit exorta, ante priorem et monachos in eorum curia tractetur, comite vel ejus preposito presente, et, si aliquid jure justicie a causantibus exactum fuerit, medietatem habeant monachi et aliam medietatem Comes. Porro prepositus Comitis priori et monachis juramento obligetur et monachorum prepositus Comiti, de fidelitate exactionis justicie. Quorum duorum prepositorum neuter sine assensu et voluntate alterius aliquam justicie exactionem possit minuere vel aliquam facere compositionem.

375. « Les ecclésiastiques de la France », dit Louvet comme préambule de cette charte d'avouerie, « les ecclésiastiques qui avoient des seigneuries, avoient des vidames, advouez ou protecteurs, tant pour les conserver que pour les acquitter et descharger du service auquel elles estoient tenues vers le Roi. Cause pourquoy Roger, Evesque et premier comte de Beauvais, ayant acquis la terre et seigneurie de Monchy en Vermandois, la mit en la protection de Othon, comte de Vermandois... Ainsi l'abbaye de St-Lucian... Ainsi Lambert, abbé de St Germer... Ainsi l'abbaye de S. Lucian... Ainsi Jumièges... » Voir les jugements qui ont été portés sur cette convention, par Eug. de l'Épinois (Op. cit. ch. VI, § LXXXIII).

376. Où s'éleva cette maison forte, entourée de murailles sans tour, protégée par un fossé ? Probablement à l'endroit en face la mairie où le temps a respecté quelques débris très significatifs d'une grande cheminée de la fin du XIII[e] siècle, d'une cave voûtée d'arête et soutenue par des piliers et des consoles un peu plus anciens...

Mentionnons qu'Afforty, t. XIV, p. 946, nous a conservé dans ses copies des chartes de Chaalis de 1186, le nom important d'Eustache, cimentier du comté de Clermont.

Concessimus itidem Comiti duas minas avene, per annos singulos, in unaquaque domo memorate ville, si aliquis habitator in ea domo fuerit : servos tamen et ancillas presentes et futuros atque servientes ab hac consuetudine et omni justitia Comitis per omnia liberos esse statutum est, preter quod servientes dum in servitio monachorum, qui domos habeant, unam tantum minam avene annuatim reddant, exeuntes autem a servitio jam dictam justiciam et consuetudinem avene subeant.

Preterea non liceat Comiti ducere aut violenter trahere homines illius ville ad bella vel ad exercitus, neque ad castra sua facienda sive reficienda, vel ad aliquod opus suum ; munitioni tamen et defensioni hujus ville, si necesse fuerit instent. Retinemus etiam quod hanc concessionem Comiti vel heredi suo a comitatu Claromontis numquam in perpetuum liceat alienare.

Occasione autem horum que Comiti concessimus, nullam potestatem super monasterium, monachos, conversos, sive familiam domus habeat, rebus omnibus usibusque et redditibus monasterii ubicunque fuerint in eo statu et libertate in qua prius fuerant permanentibus, preter predicta que comiti concessimus.

Comes pro honore suo et utilitate monasterii forum quod in castro *Credulio* habebat, in villa de *Ascerens* perpetuo celebrari constituit, de cujus redditibus monachi medietatem et aliam medietatem Comes habeat, in quo foro familia monachorum et proprii servientes Comitis ad usum proprium aliquid ementes nil dent jure thelonei. Liceat etiam Comiti pontem lapideum facere in villa super fluvium cujus redditum Comes et monachi per medium partiantur, salvo illo transitu qui per longum aque fit, quem monachi ex antiquo possident et eis remanet liber et quietus.

Si monachi ad pontem molendinos facere voluerint cujuscunque generis sint, Comes in eis nichil accipiat, nec in tota aqua possit facere molendinum ; denique si ab his que predicta sunt Comes vel heres ejus in aliquo, quod absit, deviaverit, commonitus atque conventus abbati vel priori *Cluniacensi* aut Priori domus, si super hoc abbatis mandatum et litteras habuerit, in curia Sci Lupi respondeat executurus que jus dictaverit. Super his omnibus preordinatis fideliter observandis ipse Comes hominium nobis prestitit cum juramento. Similiter inter nos et ipsum firmatum est ut singuli ejus heredes *Claromontis* comitatus tenentes per singulas successiones suas tam nobis quam successoribus nostris abbatibus hominium prius et statim juramentum ad hec omnia fideliter observanda faciant.

Quorum omnium tenorem ac firmitatem infirmari posse sub anathemate prohibemus. Totum autem hoc ut ratum permaneat presentis cyrographi munimine et tam sigilli nostri auctoritate quam sigilli *Sci Lupi* sigillique Radulphi comitis impressione signatum est et roboratum : nomina vero personarum hoc attestantium hec sunt :

Hugo, Abbas *Flaviacensis* [355] ; Humbertus, sacrista *Clun.* ; Durandus constabularius *Cluniac.* ; Berengerius prior de *Mondisdier* [146] ; Wuillelmus capellanus

comitis; Hugo de *Anuel* [377]; Rainaldus *Agullun* [373]; Johannes de *Monte* [374]; Hugo de *Bosco*; Petrus de *Pratis* [268]; Symon *Choisel* [378]; Adam, filius ejus; Hugo de *Vilers* [192]; Giroldus et Wiardus et Odo de *Credulio*.

Actum est apud Scm Lupum, Anno Verbi incarnati M° C° LXX° V°, mense februarii, feria quarta, sexta Kl martii, luna XII, Regnante Rege *Ludovico* regni ipsius quadragesimo primo.

LXXXI

1178

Charte reçue par Thibaut, évêque d'Amiens, par laquelle Pierre d'Ailly donne aux Templiers sa dîme d'Ailly-sur-Noye.

Carta Dni Theobaldi Ambianensis Episcopi de decima de Alliaco.

Ego Theobaldus [379] Dei misericordia *Ambianensis* Episcopus tam presentibus quam futuris notum facio quod Petrus *de Alliaco* [380] concedente uxore sua Agnete, concedentibus etiam filiabus suis Margarita et Matilde, Eustachio etiam *de Vilaincort* [381], dno suo de quo ipse tenebat, Elisabeth uxore sua et Joanne, filio eorum concedentibus, concessione etiam dnæ Beatricis de Bova [382], domno Roberto

377. Hugues d'Auneuil « de Anuel ». Dans une *Notice historique et archéologique sur Auneuil*, l'abbé Deladreue mentionne : Hugues I, chevalier, seigneur d'Auneuil et vassal « casatus » de l'évêché de Beauvais (1132); Hugues II, 1182, qui, veuf d'Agnès (1188), prit l'habit religieux à l'abbaye de Beaupré.

Dans le dénombrement que Philippe Auguste ordonnera bientôt, en 1218, l'on distinguera parmi les possesseurs des 21 fiefs que comptait alors la ville de Creil :... Pierre du Mont ;... Raoul Dannel ;... Thibaut li Poz ;... Renaud de Montataire [de la Tournelle] ;... Guillaume des Prés ;... Eudes de Chauferi [Cauffri] ;... Eudes de Vaux ;... Pierre Choisel.... L'on retrouvera ces noms.

378. Cette famille de Choisel, qui a donné son nom au Plessis-Choisel, château de Chamant, canton de Senlis (Oise), occupe une grande place dans l'histoire du pays Senlisois, du Plessis-Choisel, de Chènevières, de S. Leu et de la forêt d'Halatte.

379. Thibaut d'Heilly, év. d'Amiens, 1169-1204.

380. Pierre, d'Ailly.
Agnès

Marguerite | Mathilde, femme de Simon de Clermont.

Raoul | Gui.

Ailly-sur-Noye, chef-lieu de canton (Somme).

381. Eustache de Vilaincourt
Elisabeth

Jean

Villecourt, canton de Ham (Somme) ou Warlincourt, canton de Pas (Pas-de-Calais).

382. Robert de Boves, le fils du trop fameux Thomas de Marle et de Mélissende de Crécy, homme vaillant mais « entièrement diabolique », dit Suger, sera tué au siège d'Acre le 13 juillet 1191-1192.

marito suo tunc temporis *Jerosolimam* profecto de quo totum feodum pendet, quidquid in decima de *Alliaco* habebat, vel per augmentum processu temporis ex eo ei poterit provenire, fratribus Templi in perpetuam elemosinam habendum concessit et per manum nostram reddidit, sub annuo censu sex modiorum frumenti et totidem avenæ de tali utique frumento quod de decima illa proveniet sibi et hæredibus suis persolvendo. Porro decima collecta in unum secundum antiquam consuetudinem in loco ad hoc deputato reponetur nec ad alium locum nisi de communi consensu participum transferetur, siquidem pretaxatus census in frumento et avena, jamdicto Petro et heredibus illius apud *Alliacum* de fructu ejusdem decimæ, quando triturabitur et participibus quæ eos portio contingit dividetur, ad mensuram de *Alliaco* persolvetur, sive apud domum Templi. Verum neque Eustachius pro defectu servitii a Petro vel hæredibus suis exhibendi neque dominus de *Bova* aliquando pro servitio suo decimam illam saisire poterunt nisi prædictos duodecim modios.

Hujus rei testes sunt: Radulphus decanus [383]; Vuillelmus præpositus; Vuarinus; Ingelranus archidiaconus; Symon de *Mondisderio*; Balduinus de *Pas* [384]. De militibus: Symon *de Alliaco*; Bernerius *de Morolio* [256]; Fulco de *Cheru* [385]; Ibertus de *Gumella* [386]; Vualterius *Brito*; Drogo *de Vaus*; Eustachius *Canis* [387] magister et procurator elemosinarum templi in *Francia*; frater Rogerus *de Mondisderio*; frater Albertus; frater Rainaldus.

Factum anno incarnati Verbi M° C° LXXVIII°. Datum per manum Roberti.

LXXXII

1190, dit Moreau.

Jean de Conti confirme la donation de biens situés à Bulles, faite par Robert de Conti, son oncle.

Carta Joannis de Contiaco.

Ad notitiam presentium et futurorum pervenire volumus quod ego Johannes filius [388] Manesier de *Conti* pro salute animæ meæ omniumque parentum meorum

Béatrix, fille de Hugues IV Candavène, comte S. Pol, et de (?) Marguerite de Clermont.

Boves, chef-lieu de canton (Somme), où ruines du robuste donjon. Voir *infrà* LXXXV et XCIV.

383. Raoul d'Heilly, oncle de l'Evêque Thibaut, 1141-1178.

384. Ce Baudoin de Pas apparaît dans le Cart. d'Amiens depuis 1159 jusqu'à 1184. — Pas, commune de Rubescourt, près de Montdidier. Ancien prieuré.

385. Quel est ce Foulques de Cheru ou de Cherisy, qui est témoin au milieu des chevaliers ? — Cherisy, canton de Croisilles (Pas-de-Calais), ou plutôt Quiry (nom de deux villages, l'un du canton d'Ailly-sur-Noye : Quiry-le-Sec ; l'autre, aujourd'hui disparu, Quiry-le-vert, seigneurie entre Montdidier et Moreuil).

386. Ibert de Jumel, « de Gemella » ou « de Gumelles », comme le cite en 1146 le Cartul. d'Amiens. — Jumel, canton d'Ailly-sur-Noye (Somme).

387. Eustache le Quien, maître et procureur des aumônes du Temple.

388. Jean de Conti, fils de Mannessier ou Manassès de Conti.

eleemosynam illam quam dnus Robertus de *Conti* avunculus meus dedit ecclesiæ beati Lupi de *Hescerento* apud *Bullas* [82] castrum possidendam, laudavi et concessi, et ut ratum et firmum sit, sigilli mei impressione confirmavi.

Hujus testes sunt: Albericus de Deneel [389], Galo filius Roberti, Petrus Becchet, de *Biauvez* [390], Gautier Lecat de *Bulles*. Ex parte monachorum: Petrus subprior, Oddo præpositus, Johannes Armarius [391], Bartholomeus monachus et multi alii qui interfuerunt.

LXXXIII

Raoul le Coq et Gui son frère reconnaissent par devant Geoffroi, évêque de Senlis, que les religieux de S. Leu ont droit de prendre dans leur bois de Verneuil, comme ils le faisaient, par l'aumône de Geoffroi le Coq leur prédécesseur, deux charges d'âne pendant tout le mois de février.

Carta Gaufridi Silvanectensis Epi de nemore de Vernolio.

Ego Gaufridus [392], Dei gratia *Silvanectensis* Episcopus notum sit omnibus tam præsentibus quam futuris quod Radulfus Coquus et Guido frater [393] ejus in presentia nostra constituti recognoverunt quod monachi Sti Lupi debent habere et etiam concesserunt quod habeant in nemore suo de *Vernolio* per totum mensem februarium duos asinos ad ligna deferenda, sicut idem monachi de elemosina Gaufridi Galli [394] prædictorum fratrum prædecessoris prius habuerunt. Quod ut ratum habeatur et inconvulsum ad preces ipsorum hoc ipsum scriptum super hoc fecimus sigilli nostri munimine roboratum.

389. Aubri de Deneel. Je lirais volontiers: Quesnel. Voir XCVII où Albericus Deqeneel, d'où le Quesnel-Aubri, canton de Froissy (Oise).

390. Pierre Becchet ou Becquet de Beauvais.

391. Jean le trésorier.

392. Geoffroy, dont D. Doublet dit que, trésorier de S. Denis « il fut esleu pour sa vie saincte et pour son excellent scavoir » évêque de Senlis, 1185-1212.

393. Raoul et Gui le Coq, successeurs en la possession de la forêt de Verneuil près Creil, de Geoffroy le Coq [Gallus]. Geoffroy-le-Coq est cité par Louvet dans ses *Anciennes remarques*, etc., à la date de 1170 et la *Gallia christ.* indique un acte de Geoffroy, évêque de Senlis (après 1185), « de donatione Gaufridi Galli de Creillo Jerosolymam proficiscentis », sur une donation de Geoffroy le Coq de Creil partant pour Jérusalem.

Raoul le Coq apparaît dans la charte de la commune de Senlis parmi les neuf chevaliers qui possédaient un fief dans cette ville vers 1173 (Aflorty, t. XIV, p. 499). Une charte des Archives de l'Oise (H. 619) note à propos d'une vente de bois en la forêt d'Halatte par Raoul le Queux de Senlis, chevalier, en 1147, que « cette vente fut consentie par Laurence sa mère, et Gui chevalier et Aubri, et Eudes et Hugues ses frères, et Rohes et Sanctissime et Hersende, sœurs du même Raoul.

Un Gui le Coq sera nommé parmi les chevaliers de la châtellenie de Senlis sous Philippe-Auguste, vers 1200. Voir XIX, Gui, dit le Chambrier, qui est peut-être un ancêtre des Le Coq.

J'ai insisté parce que cette famille semble avoir occupé une place considérable dans l'histoire de nos pays et de nos forêts.

394. Voir la note précédente.

LXXXIII bis

Avant 1190.

Guillaume le Loup, frère de Gui V le Bouteiller de Senlis[322], avant de prendre la croix en 1190, fait un testament où entr'autres générosités en faveur des églises, des pauvres et des infirmes, il laisse « monasterio ecclesie beati Lupi sexaginta solidos », au monastère de l'église du bienheureux S. Leu soixante sols etc.

Charte de Geoffroy [392], év. de Senlis et de Guillaume de Chaalis, concernant cette donation.

En Afforty, T. XIV, p. 805.

LXXXIV

J'avoue être fort embarrassé pour le placement chronologique de cette charte, étant tiré d'un côté par le nom d'Eudes de Cauffry, que je trouve en 1197, 1210 etc, et d'un autre côté, par la présence d'un Mathieu de Montmorency, de Thibaut, abbé de Pontoise, de Gautier, archidiacre aussi de Pontoise etc., que nous avons des raisons au moins négatives de croire plus vieux. Est-ce Mathieu Ier de Montmorency, 1125-1160, ou Mathieu II, après 1190 ? Mais nous renvoyons aux notes.

Charte d'Agnès, femme d'Eudes de Cauffry, par laquelle elle donne à l'église de S. Leu trois muids et demi de vin et la moitié d'un pressoir à Cauffry, donation que Mathieu de Montmorency confirme en présence de Thibaud, abbé de Pontoise, d'Eudes, prieur de S. Victor, de Gautier, archidiacre de Pontoise, de Durand curé (presbyteri) de S. Martin, d'Enguerrand, chevalier de Taverny et de Renard, prévôt.

Carta Agnetis de Calferiaco de tribus modiis vini et dimidio.

Universis sanctæ Ecclesiæ filiis notum sit quod Agnes uxor Oddonis de *Calferiaco*[395] de suo maritali in elemosinam ecclesiæ *Sti Lupi* de *Escerento* dedit tres modios vini et dimidium et medietatem unius torcularis apud *Calferiacum*. Hanc autem elemosinam concessit supradictæ Ecclesiæ Matheus de *Monte Morenciaco*[218]

395. Eudes de Cauffery [Cauffry]. Sire Odon de Chauffery, cité en 1197 dans la charte d'affranchissement des habitants de Creil à côté de Hues des Pres, Amauris de Villers [S. Paul] etc. ; en 1210, dans une vente qu'il [Eudes de Chauferi, fils de Tescia de Chaufery, femme d'Eudes de Montgrésin] fait au roi d'un bois entre Halatte et la Pommeraye (Catal. des Actes de Philippe Aug. nos 1422, 1923) ; et en 1218, dans le Cartulaire de Philippe-Auguste, parmi les feudataires relevant du comté de Clermont à côté de Jean de Cramoisy, d'Amauri de Vilers, de Raoul Danuel, de Renaud de Montatère, de Guillaume des Prés, etc. Voir n. 44.

et authoritate sui sigilli confirmavit in presentia domni Theobaudi abbatis *Pontesiensis* [396] et Odonis prioris *Sti Victoris* et Gauterii archidiaconi *Pontisaræ* et Duranni presbiteri *Sti Martini* et Ingelranni militis de *Taverneio* [397] et Rainardi prepositi, si ipsi hæredes hoc concesserint ad quos feodum pertinet.

LXXXV

Charte reçue par l'évêque d'Amiens, Thibaut, par laquelle Simon d'Ailly, Mathilde sa femme et Raoul et Gui, leurs fils, donnent au prieuré de S. Leu six muids de grain à prendre sur les dîmes d'Ailly.

1193, date, non de la donation, mais de l'apposition du sceau, car Raoul de Clermont était mort à S. Jean d'Acre, le 15 oct. 1191.

Carta alia Theobaldi Episcopi Ambianensis de duodecim modiis bladi a Symone de Alliaco concessis.

Theobaldus [379] Dei gratia A[mbianensis] *Episcopus* omnibus qui præsentem paginam inspexerint æternam in Dno salutem. Ad præsentium et futurorum volumus venire notitiam quod Dnus Symon *de Alliaco* [398] pro salute animæ suæ et antecessorum suorum dedit in elemosynam Deo et Ecclesiæ beati Lupi de *Hescerento* duodecim modios bladi, sex frumenti et sex avenæ in decima de *Alliaco*. Hoc donum concessit nobilis mulier Matildis, uxor ejus, et filii ejus Radulfus et Guido et Dnus Robertus *de Bova* [382] de cujus feodo erat.

Hujus rei testes sunt : nobilis vir Rodulfus *comes de Claromonte* [215] ; Galterius *de Chepoi* [399] ; Petrus *de Berni* [400] ; Hugo de *Boscho* ; Symon *Choisellus* [378], milites ; Lambertus præpositus; Dahelinus major [363] ; Robertus marescalcus ; Bernerius *cocus* ; Lambertus *pelliparius* ; Guibertus et multi alii.

Ne igitur super hoc aliqua in posterum oriatur calumnia, concessionem istam episcopali authoritate confirmavimus et sigilli nostri testimonio fecimus muniri. Anno ab Incarnatione Dni M° C° nonagesimo tertio.

396. Thibaud II, abbé de S. Martin de Pontoise, avait eu déjà pour successeur Guillaume deuxième du nom, en 1148. Faut-il supposer un Thibaud III ? — Un archidiacre du nom de Gautier a déjà paru dans la liste des dignitaires de l'Église de Pontoise dès 1165. — Durand prêtre [curé] de S. Martin.

397. Enguerrand, chevalier de Taverny. Taverny, canton de Montmorency (S. et O.).

L'Inventaire Vatin mentionne une « Donation au Prieuré, par Enguerrand de Monneville, d'une portion de terre à Cauffry » (Arch. de l'Oise, H. 2429, p. 236). Qu'est devenu l'original de ce document, s'il est autre que la charte que nous venons d'annoter ?

398. Simon, fils de Renaud II de Clermont, seigneur d'Ailly par son mariage avec Mathilde d'Ailly. Voir 380.

399. Chepoix, canton de Breteuil-sur-Noye (Oise).

400. Pierre de Berni. Berny-sur-Noye, canton d'Ailly-sur-Noye (Somme).

LXXXVI

Mai 1197.

Donation par Louis de Blois à Huneau, son serviteur, de deux muids de blé à prendre dans sa grange de Creil.

Carta Dni Ludovici Blesensis et Claromontensis comitis.

Ego Ludovicus, *Blesensis*[401] comes et *Claromontensis*, omnibus tam futuris quam præsentibus notum facio quod ego, laudante et concedente uxore mea Katharina, dedi Hunodo servienti meo et heredi pro amore Dei et pro servitio suo in perpetuum duos modios frumenti ad mensuram Parisiensem singulis annis in grangia mea de *Credolio*, in festo Sti Remigii percipiendos et de hoc dono dictum Hunodum in hominem ligium suscepi. Et ut hoc ratum et inviolabile teneatur presenti paginæ commendari feci et sigilli mei impressione muniri et nomine testium subnotari.

Testes : Radulphus de *Tornella*[402] ; Radulphus *Digy*[403] ; Gilo de *Monz*[404] ; Ansellus de *Plaissaio*[405] ; Andreas clericus[406] ; Theobaldus clericus[407] ; Hansouellus de *Claromonte* ; Ricardus *Russel*[408].

Datum *Britulii*[399], anno Incarnati Verbi M° C° LXXXX° VII°, mense maio, pridie Kal. junii, per manum Teobaldi.

401. Louis de Blois, fils de Thibaut V, comte de Blois et d'Alix de France, nièce de Philippe-Auguste ; comte de Clermont par son mariage avec Catherine, fille de Raoul de Clermont, mourut à Andrinople en avril 1205.

402. Raoul de la Tournelle semble appartenir à une puissante famille de Vermandois ou de Picardie, dont les cartulaires de S. Corneille de Compiègne, d'Ourscamps, de Philippe-Auguste font souvent mention. Ce Raoul de la Tournelle rendra au roi des services assez considérables, notamment à Bouvines, pour qu'il lui fit don en 1215 « propter fidele quoddam servitium » de la terre de Lignières, près de Montdidier. Voir CII : Généalogie des la Tournelle.

403. Igy, canton de Plaisance (S.-et-O.).

404. Gilles de Monz. Monts, Mont-l'Évêque, près de Senlis (Oise), ou Monts, canton de Méru.

405. Ansel du Plessis ou du Plessier. Le mot *plessis* ou *plessier*, qui indique un enclos protégé par des haies à branches entrecroisées, « les hayes faut plaissier et enforcir fosses », désigne tant de lieux qu'il est malaisé ici de préciser. Le Cartulaire d'Ourscamps et le Dr Boursier (Hist. de Creil) citent un « Anselme du Plessier, dit le Veau » (1197, 1199) ; Bernard, son fils ; Jean du Plessier (1216). Est-ce Plessier-sur-Bulles ?

406. André le Clerc. La charte de la commune de Creil a, entr'autres signataires, c'était en 1197, « Andrius li Clers ».

407. Thibaut clerc ou « chancelier » apparaît dans la même charte.

408. E. de L'Epinois cite aux dates de 1194 et 1200 un « Ricardus Russellus venator, » témoin d'un accord entre l'église de Breteuil et le châtelain Renaud.

LXXXVII

1197

La comtesse Catherine ratifie la donation que Louis de Blois, son mari, a faite à son serviteur Huneau et y ajoute son tonlieu de Clermont tant en lin qu'en change. Fait à la Neuville.

Le sommaire qui suit paraît se rapporter à une charte de 1208 *infra*.

Alia Carta Dnæ Catharinæ comitissæ de eleemosyna Hugonis de Prato.

Ego Katerina *Blezensis* et *Claromontensis* comitissa [401] omnibus tam præsentibus quam futuris notum facio quod Dnus meus karissimus comes Ludovicus [401] dedit Hunodo servienti suo et meo et heredi suo, amore Dei et pro servitio suo, in perpetuum duos modios frumenti ad mensuram *Parisiensem* singulis annis in grangia sua de *Credulio*, in festo Sti Remigii percipiendos et de hoc dono dictum Hunodum in hominem ligium suscepit.

Ego vero donum istud volui, libentissime concessi et approbavi, et prætere a prædicto Hunodo pro servitio suo tunleum meum de *Claromonte* tam in lino quam in cambio dedi in perpetuum, jure hereditario possidendum. Et ut hoc ratum et inviolabile perpetuo teneatur, presenti paginæ commendari feci et sigilli mei munimine roborari.

Hujus rei testes sunt: Aaco Borelli [409]; Guarnerius capellanus meus; Terricus clericus meus; Hugo eleemosynarius; Joannes gastelarius; Radulfus eschacons; Letardus. Actum *Novavilla* [410], anno Incarnati Verbi M° C° XC° VII.

« Cette charte », c'est une note de Baluze, « cette charte est scellée en cire avec l'effigie d'une dame tenant de sa main droite un baston ayant au bout une fleur de lys et de l'autre main elle tient un oyseau [de vol] et de l'autre costé du sceau est l'escu représentant trois gerbes de bled ».

LXXXVIII

Vers 1200.

Donation au prieuré par Dreux de Cressonsacq, sa mère et ses enfants, Raoul et Béatrice, de la dîme de Fresnel. Fait à Cressonsacq. Témoins: Geoffroi, prieur, Arnoul, prêtre etc.

Carta Drogonis de Cressunsart. Item de decima de Fresneel.

Notum sit omnibus tam futuris quam instantibus quod Drogo de Cressun-

409. Aacon le Bourrelier ou le Bourreau, Garnier chapelain, Thierri le Clerc, Hugues l'aumônier, Jean le gatelier (fabricant de gateaux), Raoul, l'échançon, appartiennent à la maison de la comtesse. Le nom Aacon a gardé une désinence quasi-franque et barbare.

410. La Neuville-en-Hez, canton de Clermont (Oise) qui a des tendances à disputer à Poissy l'honneur d'être le lieu de naissance de l'incomparable S. Louis.

SART [411], et mater ejus et pueri, RADULFUS scilicet et BEATRIX, decimam que est apud *Fresneel* [333] monachis Sti Lupi in elemosina concesserunt.

Factum est apud Cressunessart. Inde testes sunt : GAUFRIDUS prior [412], ARNULFUS sacerdos, GAUTERUS major, EVRARDUS famulus, HUGO BOUCHET.

LXXXIX

Fin du XII[e] siècle.

Charte chirographe portant convention entre le prieuré de Saint Leu, d'une part et GIRARD et IVES qui tiennent le port de S. Leu à titre héréditaire d'autre part, au sujet du passage des pèlerins de S. Leu venant de Dammartin, du Beauvaisis ou d'ailleurs. Tous les pèlerins qui viennent d'au-delà de la rivière, seront passés gratuitement ; s'ils ont des montures, ils paieront pour elles le droit de passage ; si les pèlerins viennent de Dammartin, leurs montures aussi seront passées gratuitement ; ceux venant du Beauvaisis ou d'un autre lieu, qui voudront passer l'eau, paieront le droit de passage ; les enfants au-dessous de sept ans ne paieront rien ; ceux qui, venant d'un autre port, arriveront au port de Saint-Leu pour aller au pèlerinage de Saint-Leu, ne paieront aucun droit.

Carta de aqua hujus ville pro peregrinis.

In nomine Patris et Filii et Sps Sci.

Ad notitiam presentium et futurorum volumus litteris tradere consuetudinem que est inter Ecclesiam beati Lupi et GIRARDUM et IVONEM qui portum jure hereditario tenent, de peregrinis qui ad altare *Sci Lupi* veniunt transvehendis. Omnes peregrini qui ad altare *Sci Lupi* de ultra aqua[m] de quocumque loco venerint, cujuslibet terre vel regionis fuerint, eundo et redeundo gratis vectabuntur. Si equitaturas habuerunt, pro ipsis naulum persolvent. Si de castello *Donni Martini* venerint peregrini, cum equitaturis gratis vectabuntur. Si de territorio *Belvacensi* vel de alio loco venerint, si transire aquam noluerint, naulum persolvent. Pueri infra VIIem annos degentes, nil persolvent ad portum. Si vero aliquis cujuscumque terre vel regionis ad alium quemlibet portum transierit et inde revertens ad portum venerit, ad altare beati Lupi venire volens, absque naulo transibit.

Ut autem hoc ratum et firmum habeatur, carta cum cyrographo per medium

411. Quel est ce Dreux de Cressonsacq ? Trois seigneurs de ces noms ont précédé ce semble, Thibaut I : Dreux I, fils de N... et d'Hersende (1164-1165) ; — Dreux II, qui épousa Agnès de Mauvoisin, bienfaitrice et peut-être abbesse de St-Antoine de Paris, après que son mari fut mort à la suite de maint exploit en Orient (1203). — Dreux III qui avait pour frères Robert, homme d'église et Thibaut... C'est probablement ce dernier Dreux qui paraît dans la charte concernant Fressnel, avec sa mère Agnès de Mauvoisin et ses enfants Raoul et Béatrix.

412. Geoffroi, prieur de Cressonsacq.

scindetur et testes apponentur ut Ecclesia suam partem habeat, et jam dicti homines portum tenentes, aliam custodiant.

Testes sunt hujus rei : Symon Choisellus [378] ; Gondagrius filius ejus ; Lambertus prepositus [33] ; Daelinus *de Portu* [413] ; Lambertus *de Portu* ; alii multi. [414]

XC

20 Septembre 1200.

Charte, datée de Lillebonne, par laquelle Aubri, comte de Dammartin, donne au prieuré 40 s. par. de rente. Renaud, comte de Boulogne, confirme cette charte par l'apposition de son sceau.

Extrait d'un vidimus de 1337 où on lit :

Item veues autres lettres contenans cette forme :

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego A[lbericus] [415] *Comes Domni Martini* dedi et concessi pro salute anime mee et pro remedio animarum parentum et successorum nostrorum in perpetuam elemosynam Ecclesie *de Sco Lupo de Cerente* xl solidos Parisiensium de redditu in censu nostro *Dapmartini* de terris ad festum Sti Remigii accipiendos ; in tansamento autem *Mitertals* [416] unum modium frumenti singulis annis percipiendum.

Ut hec vero elemosina semper stabilis permaneat, cartam hanc sigillo M[atildis] comitisse *Dampni Martini* uxoris mee et sigillo R[enaldi] comitis Bolonie [417] filii nostri feci confirmare, anno ab incarnatione Dni M° CC°, XII°, Kl. octobris. Hac scilicet die ab hoc seculo transiit dictus apud *Lilleboniam* [418].

En tesmoing de ce nous devant dis Jehan de *Meauls* et Simon prévost gardes des sceaulx avons scellé ces présens transcrips des devant dis seaulz, l'an mil trois cens trante sept, le sisiesme jour du mois de novembre.

413. C'est probablement d'une occupation ou d'un logement au port de S. Leu que plusieurs témoins tiennent leur surnom « de portu » *du Port*.

414. Il existe au musée de Beauvais une enseigne très intéressante du pèlerinage de S. Leu. Cet étain qu'il faut attribuer au XIII[e] siècle, représente dans un portique très simple, S. Leu en costume d'évêque, tenant une grande croix processionnelle et bénissant deux pèlerins à genoux, tandis qu'un lion lui sert de caractéristique ; autour cette légende en lettres onciales : † VECI : S : LEV : DESERENS.

415. Aubri II, fils d'Aubri I et de Clémence de Bar, marié à Mahaut, sœur de Raoul de Clermont, exilé sur la terre anglaise et se sentant mourir, fit son testament — c'était à Lillebonne, le 20 septembre 1200 — par lequel il laissa à l'abbaye de Chaalis 20 s. par. de rente et au prieuré de S. Leu, etc., ce que confirmèrent par leurs sceaux Mahaut, comtesse de Dammartin, sa femme et Renaud, comte de Boulogne, son fils. « Ce même jour, il trépassa de ce siècle ». Son corps fut ensépulturé à l'abbaye de Jumièges.

416. In tansamento autem Mitertals. Tensement ou redevance annuelle payée en retour de la protection militaire accordée par un seigneur. J'avoue que l'écriture négligée de cette charte me laisse indécis sur le mot qui suit : Miteram, Miterant. Baluze a lu : « Mitertals » ; Mons. Malo : « Miserum ».

417. Renaud, comte de Boulogne, célèbre par ses ambitions que servait une activité infatigable, sa bravoure, ses catastrophes à Bouvines et sa fin humiliée.

418. Lillebonne, chef-lieu de canton (Seine-Inf.).

XCI

Décembre 1201

Lettre de Jean de Poissy escuier pour de certains prez scis en la noe.

Je Jean de Poissy [419] escuier fas a scavoir a tous ceus qui ces presentes letres verront que je pour le salut de m'ame et de mes anceiseurs veul et octroy que li prieur et li couvens de Monseigneur Seint Leu de *Cerens* tiegnent et aient perpetuelement II arpens de pres qui sient en la *Noe sous les Larris* [420] lesquiens Felipes de Chenevieres [421] escuier donna en aumosne au prieur et au couvent devant dit, et par ce que la devant dite aumosne muet de mon fié, je l'octroy et la confirme, et m'oblige a garantir la au prieur et au couvent devant dit a tousiours envers tous ceus qui la vourroient ne ne pourroient empescher fors que envers monseigneur lou Roy ; et por ce que ce soit ferme et stable, je leur ay baillées ces presentes lettres scellees de mon seel.

Ce fut fait l'an de l'Incarnation Nostre Seigneur mil deux cens et heun ou moys de Decembre.

XCII

Charte du prieur Nicolas par laquelle il accorde à Trécende, femme de Giroud le Roux, et à ses fils Giraud et Guibert de posséder à métayage « ad medietatem » quatre arpents de terre à Orcheu à ces conditions : ils amenderont la terre de fumier et de marne ; ils ne ramasseront le fruit de la terre qu'en présence d'un serviteur de S. Leu ; ils porteront la part du monastère au grenier prieural d'Orcheu.

Furent témoins de ce pacte Guillaume Gratans, Martin du Moustier, Guillaume maire de S. Leu, Robert fils de Trécende.

Carta dni Nicolai prioris de quatuor arpennis terræ apud Orchoinas.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod domnus Nicholaus [422] prior *Sci Lupi*, assensu et voluntate totius capituli concessit Trecende uxori Giroudi Rufi [423] et Giraudo et Guiberto ejusdem Trecende filiis quatuor arpennos terre

419. Jean de Poissy, escuier. Poissy, chef-lieu de canton (S. et O.).

420. Noe sous les larris : noé, noue, de *noa*, endroit humide ; larris, terrains secs et demeurés en friche.

421. Felipes [Philippes] de Chenevières, écuyer. Chenevières, hameau de la commune de Conflans, canton de Poissy (S. et O.).

422. Nicolas, prieur de S. Leu, est cité plus d'une fois dans des chartes d'Ourscamps en 1210, de Morienval en 1223.

423. Giroud le Roux, marié à Trécende, dont Giraud et Guibert. Un « Gérold le Roux » est maire d'Amiens en 1199, dit le Bulletin des Antiquaires de Picardie (année 1898, p. 105). — Robert, fils de Trécende.

que est apud *Orchonias* [424] ad medietatem, jure hereditario possidendos, tali divisione, quod predictam terram emendent de fumo et marla sic quod predicta ecclesia dammum non habeat. Hoc vero superaddere voluit donnus prior quod nullo modo fructum terre colligent, nisi famulus *Sci Lupi* affuerit ; pars equidem *Sci Lupi* ex propriis sumptibus predictorum hominum qui terram excolent, ad horreum *Sci Lupi* quod est apud *Orchoinas* conducetur ; si vero bene non excoluerint predictam terram, non ulterius, si monachis placuerit, ab illis possidebitur quos supra memoravimus.

Hujus rei testes sunt : Guillelmus Gratans ; Martinus de Monasterio [425] ; Guillelmus major *Sci Lupi* ; Robertus filius Trecende. Sed ne ista conventio ab aliquo superveniente calumnietur, sigilli impressione totius capituli confirmavimus.

XCIII

1202

Sentence arbitrale rendue par Geoffroi, év. de Senlis et par G. prieur de S. Arnoult de Crépy et H. prieur de S^te^ Marguerite d'Elincourt [436], entre le prieuré de S. Leu et Enguerrand de Boves, au sujet d'une dîme que Simon, chevalier de Clermont, avait aumônée au Prieuré de S. Leu. Enguerrand abandonne cette dîme aux religieux qui, pour l'aider en son pèlerinage en terre sainte, lui donneront 30 liv. par.

Compositio inter Dnum Ingerannum de Bova et monachos Sti Lupi.

G[odefridus] [392] Dei pacientia *Silvanectensis ecclesiæ minister* et G[odefridus] *Sci Arnulfi Crispeii* [426] et *H. Sancte Margarite* [427] *priores* omnibus qui presentes litteras viderint salutem in Dno. Noveritis quod, cum inter monachos Sci Lupi

424. Orcheu. Voir Arch. de l'Oise, H. 2560 : Plans d'Orcheu etc. Voir n. 121.

Il existait à Orcheu, avant la révolution, une chapelle sous le vocable de S. Leu, laquelle possédait des reliques du bienheureux archevêque de Sens. Un calvaire, à côté de l'ancienne ferme, continue à recevoir les visites des pèlerins qui y suspendent des béguins et autres linges d'enfants, pour les protéger contre les convulsions. Quant aux reliques de S. Leu, elles ont été transférées à la chapelle de S. Leu à Saint-Soupplet, laquelle chapelle est entretenue par la piété du prince de Beauffremont-Courtenay.

425. Martin du Montier ou du Moustier. — Peut-être Montiers, canton de St-Just-en-Chaussée (Oise).

426. Crépy, chef-lieu de canton (Oise), ancienne capitale du Valois. St-Arnoult, collégiale fondée par Gautier le Blanc, comte d'Amiens et seigneur de Crépy et la comtesse Adèle, dans les premières années du XI^e^ siècle, en l'honneur du martyr S. Arnoult, et changée en monastère bénédictin par Gérard. Le prieur de S. Arnoult était, vers 1194, Geoffroi, lequel est nommé à cette époque dans la charte aumônière de la comtesse Eléonore.

427. Le prieur de S^te^ Marguerite d'Elincourt était lors Hervé. Voir n. 332.

et nobilem virum Injorrannum *de Bova* [428] controversia orta esset super quadam decima quam Dnus Symon de *Claromonte* [429] predictis monachis in elemosinam dederat, tandem Deo volente in arbitrium nostrum ex utraque parte compromiserunt. Nos vero rei veritate diligentius inquisita, assensu utriusque partis talem inter eos fecimus compositionem quod Dnus Injorrannus illam decimam de qua controversia fuerat, ipsis monachis quitam clamavit et ipsos eam in perpetuum in pace tenere concessit. Monachi vero, ne huic beneficio sibi ab ipso collato ingrati viderentur, ei ad subsidium peregrinationis sue et sce terre ad cujus obsequium se preparabat et properabat, de caritate ecclesie sue xxx libras parisienses contulerunt. Ut autem hec inter eos facta per nos compositio firma et illibata permaneat, eam sigillis nostris duximus confirmandam. Actum anno ab incarnatione Domini M° CC° secundo, Nicholao [419] procurante prioratum de Sco Lupo.

XCIV

Mai 1202.

Enguerrand, seigneur de Boves, accepte l'arbitrage *supra* (XCIII) concernant la dîme d'Ailly. « Les religieux, en retour, étendant sur lui la main généreuse de leur charité, lui donnent pour le service qu'il a fait vœu de fournir à l'Eglise d'Orient, trente livres ».

Approuvent Ade, femme d'Enguerrand, et Robert, Thomas et Hugues, ses frères. Témoins : Ricoard, prévôt de S. Fuscien aux Bois ; Eudes, prieur de Boves ; Pierre d'Estrées, etc.

428. Enguerrand de Boves, fils de Robert de Boves. Voir sur ce Robert, n. 382. Le tableau qui suit aidera à éclairer les chartes XCIII et XCIV.



429. Simon, chevalier de Clermont, probablement Simon de Villers S. Paul. L'*Ami des Monuments* (année 1898, p. 247) a relevé ce détail : « Au-dessus de la porte d'entrée du château de Boulogne-sur-Mer se lit

Carta Dni Ingelranni de Bova de decima de Alliaco.

Ingelrannus dominus *Bovæ*[428] XPI fidelibus præsentem paginam inspecturis salutem in Dno. Universitati vestræ notum fieri volumus ut ad posterorum notitiam transmittamus quod, cum causa verteretur inter me et Ecclesiam Sti Lupi de *Escherento* super quadam decima ad feodum meum spectante quæ colligitur apud *Alliacum* [380] et de qua duodecim modii in quæstione erant quorum medietas est tritici, alia medietas est avenæ, dicti loci monachi asserebant eam nomine elemosinæ sibi fuisse collatam a Symone milite de *Claromonte*[429] et a Domno *Ambianensi* post modum eidem Ecclesiæ confirmatam. Ego autem usus bonorum virorum consilio, quicquid juris habebam in decima illa in remedium animæ meæ et antecessorum meorum contuli prædictæ Ecclesiæ, ut ejus fratres mihi communicarent suffragium orationum suarum. Ipsi vero extendentes in me suæ caritatis dapsilem manum ad obsequium quod vovi me præstaturum orientali Ecclesiæ, triginta libras mihi dederunt.

Hæc autem compositio approbata est coram Episcopo *Silvanectensi* [392], *Crispiaci* [426] et *Stæ Margaritæ* [427] prioribus super hoc ad arbitrandum receptis. Hoc autem factum uxor mea, Ada et Robertus et Thomas et Hugo fratres mei [428] unanimi probaverunt assensu.

Hujus compositionis testes sunt: Ricoardus præpositus *Sti Fusciani*[430], Allelmus ejusdem ecclesie monachus, Odo prior *Bovæ*, Petrus, Thomas ejusdem Ecclesiæ monachi, Petrus de *Estrees*[431], Petrus de *Jumeles*[386], Petrus de *Vilers*, Petrus de *Glisi*[432], Gerardus de *Luenni*[433], Petrus de *Sordon*[434] milites, Matheus præpositus *Bovæ*, Laurentius, Henricus, Bricteus nepotes sui, Robertus major de *Belesaises*[435], Leodegarius, Rennardus, Drogo de Cherisi [385].

Datum *Bovæ* anno Verbi Incarnati millesimo ducentesimo secundo, octavo idus maii, Nicolao [422] procurante prioratum de *Escherento*.

l'inscription suivante qui est une restitution : Phelippes Cuens de Bologne fiuz le roi Phelippes de France fist faire cest chastel et fermer la ville, l'an de l'incarnation MCCXXXI : Simon de Vilers fu adonkes seneschaus de Bolonois ». Il était en 1242 bailli d'Artois et en 1249 le Catalogue normand mentionnera : « Simon de Villaribus miles juratus ».

430. S. Fuscien aux Bois, abbaye de Bénédictins fondée en 1105, canton de Boves (Somme).

431. Pierre d'Estrées, chevalier. Estrées, canton de Boves (Somme).

432. Glisy, canton de Boves (Somme).

433. Gérard de Luenni (?)

434. Pierre de Sordon. Sourdon, canton d'Ailly-sur-Noye (Somme).

435. Robert, maire de « Belesaises ». Belassise, près de Villers-Tournelle. Aujourd'hui simple ferme dépendant de la commune de Fontaine-sous-Montdidier (Somme).

XCV

Dodon, abbé de S. Fuscien, confirme la charte qui précède.

Carta abbatis Sti Fusciani de eadem decima..

Ego Dodo [436] Dei miseratione dictus *abbas Sti Fusciani de nemore* [430] et totus ejusdem Ecclesiæ conventus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Dno. Universitati vestræ notum fieri volumus quod compositionem illam quæ facta est inter Dnum Ingeralnum *de Bova* [380] et Ecclesiam Sti Lupi de *Escherento* super quadam decima apud *Alliacum* [301] fideliter approbamus et quidquid in eadem decima habebamus eidem ecclesiæ omnino in pace dimittimus. Et ut hoc ratum et inconcussum permaneat, sigilli mei munimine corroboramus.

Datum *Sto Fusciano*, anno Verbi Incarnati Millesimo ducentesimo secundo, octavo idus maii.

XCVI

1202

Autre accord entre les religieux de Montdidier et le prieur de S. Leu au sujet de l'église d'Andechy.

Alia compositio inter præfatos monachos de Ecclesia de Andechiaco.

Universis stæ matris Ecclesiæ filiis A[lardus] [437] prior *de Mondisderio* et totus ejusdem loci conventus æternam in Dno salutem. Ad universitatis vestræ notitiam pervenire volúmus quod controversia quæ inter nos et priorem et conventum de Sto Lupo vertebatur super Ecclesia de *Andechiaco* [143], cujus medietas ad ipsos pertinet, sub hac compositionis forma sopita est, scilicet quod prior et monachi de Sto Lupo presentabunt clericum ad totam Ecclesiam de *Andeacho* cum primum vacaverit, et post illam unicam præsentationem, jus præsentationis in pristino statu permanebit scilicet quod nos ad medietatem nostram et ipsi ad suam medietatem more solito præsentationem habeant.

Hæc autem compositio in præsentia Dni T[heobaldi] [379] episcopi *Ambiancnsis* facta est et ejus authoritate confirmata ; et ut eadem stabilis et rata perduret, ipsam sigilli nostri munimine roboramus. Datum anno M° cc° ij°.

436. Dodon, abbé de S. Fuscien, en 1178 et 1202. Voir 428.

437. Alard, prieur de Montdidier de 1201 à 1224. Voir n. 146. Quel était le sceau de ce prieur ?

XCVII

1202

Robert de Conti et Jean, son neveu, abandonnent leur droit de champart sur une terre qui fut à Baudoin Cordelé.

Carta Dni Roberti de Couti de Campiparte suæ terræ

Sciant omnes tam præsentes quam futuri quod ego Robertus de Conti [388] et Johannes nepos meus, filius Manasseri de Conti, pro salute animarum nostrarum omniumque antecessorum nostrorum dedimus et concessimus in elemosinam ecclesiæ Sti Lupi de *Hescerento* campipartem nostram de terra quæ fuit Balduini Cordele quam Nicolaus de *Conteville* [438] excolit.

Hujus rei testes sunt: Albericus de *Qeneel* [389] et Galo filius dni Roberti et Petrus Bequet de *Biauvez* [390], Galterius Lecat de *Bulles* [439], et ex parte monachorum Petrus subprior, Oddo præpositus, Oddo cellerarius, Joannes *armarius*, Garnerus de *Biauvez*, Lambertus pelliparius (lxxxv), Bernerius coqus, Laurentius filius Lamberti, Oddo elemosinarius et multi alii qui interfuerunt. Et ut ratum et inconcussum permaneat, sigillorum nostrorum.... corroboravimus.

Prædictum equidem Robertum de querela quæ inter nos et ipsum versabatur de terra quam Albericus de *Pensorelle* [440] nostram esse affirmabat, quantum ad nos pertinet, ipsum in pace dimittimus. Anno ab incarnatione Domini M° ducentesimo secundo.

XCVIII

Vers 1202.

Donation d'une maison à Bulles et d'une femme nommée Geneviève, en échange d'une autre au même lieu.

De dono Dominorum Castri Buglensis.

Quoniam dignum et utile fore haud dubitatur stili officio res gestas prescribere, autenticum esse decrevimus elemosinas quas circunquaque nobis adjacentes pro redemptione animarum suarum, Ecclesiæ Sti Lupi tribuunt, scripto commendare memoriæ, ut notum fieret tam posteris quam presentibus hominibus qualiter

438. Conteville, canton de Crèvecœur (Oise).

439. L'on a déjà noté ces sobriquets Lecat ou le chat de Bulles. Voir n. 393: Le Coq.

Ego Stephanus [485], prior Sancti Lupi et conventus ejusdem loci, notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod, cum contentio esset inter homines nostros de *Sancto Lupo* ex una parte, et majorem et juratos Communie *Silvanectensis* ex altera, super eo videlicet quod dicebant se esse quitos de omnibus traversiis omnium habitatorum qui transibant per traversum civitatis *Silvanectensis* et omnium habitatorum quos capiebant infra traversum ejusdem civitatis, et de consilio prudentum et voluntate nostra et assensu, compositum esset inter homines nostros et majorem et juratos antedictos in hunc modum et nos compromisimus in viros probos, videlicet, Galterum de *Pompoing* [499], Girardum des *Aloes*, Nicholaum *Minarium* et Renerum de *Porta*, qui inquirerent diligenter et bona fide qualiter usitatum est super collecta traversorum de habitis antedictis, et inquisitione super hiis facta dictum arbitrorum tenebimus, nos et homines nostri et cogemus eos ad tenendum tanquam domini illud dictum, si venire contra illud vellent; qui arbitri, inquisitione super hiis diligenter et bona fide facta, dictum suum reddiderunt in hunc modum : quod homines nostri de Sancto Lupo et omnes ibidem manentes de omnibus habitis qui transibunt per traversum Silvanectensem reddent traversum, et de habitis qui capientur in civitate Silvanectensi ex quo sint usi in villa Sancti Lupi, sunt quiti de traverso ; et si non crederetur quum fuissent usi in villa ante dicta, ipsi essent quiti per fidem et per juramentum ; et si habitus captus in civitate Silvanectensi transiret ultra villam Sancti Lupi, predicti homines debent traversum.

497. Pierre, chevalier de Sarrangi (?) — Est-ce Sergy, canton de Pontoise (S.-et-O.) ?

498. Quel est ce Vineuil ? Est-ce Vineseuil « hameau disparu » dit M. Jos. Depoin, auprès de Chambly, ou Vineuil, hameau de S. Firmin, canton de Senlis (Oise) ?

499. Gautier de Pontpoint : Pontpoint, canton de Pont-Ste-Maxence (Oise); Gérard des Aloes (Alleux) ; Nicolas le meunier; et Renier de la Porte « cives » appartiennent à la bourgeoisie Senlisienne de l'époque.

Quod ut ratum et stabile permaneat, majori et juratis tradidimus presentes litteras nostris sigillis sigillatas.

Actum anno Domini M° CC° trigesimo octavo, mense januario.

CXXIII

1239.

Frère Etienne, prieur de S. Leu-d'Esserent, reconnaît avoir vendu la vigne de Harsi, aux moines de Foucarmont.

Omnibus Christi fidelibus... frater Stephanus [486] prior Sti Lupi de *Escerento* totusque ejusdem loci conventus... notum vobis facimus quod nos vineam nostram in territorio de *Harsi* [500]... omnino quitavimus monachis de *Fulcarmunt* [501] pro decem et septem libris parisiensium...

Actum anno Dni M° CC° XXX° octavo, mense februario.

(Bibl. de Rouen; Mss. Y 13, fol. 98).

CXXIV

Octobre 1239.

Marie, comtesse de Ponthieu et de Montreuil, confirme la donation que défunt Simon, son mari, a faite à l'église du bienheureux Leu « des Cherens » d'une chapellenie de 10 livres par. de revenu assignés sur la vicomté du Crotoy.

Carta Dnæ Mariæ comitissæ de Pontieux et de Monstreuil de quadam capellania sita apud vicecomitatum de Crotoy.

Ego Maria [478] comitissa *Pontivi* et *Monsterolii* universis presentes litteras inspecturis notum facio quod vir nobilis Simon quondam Comes *Pontivi* et *Monsterolii* constituit et concessit Ecclesie beati Lupi *des Cherens* unam capellaniam de decem libris parisiensibus ad vicecomitatum meum de *Crotoi* [502] assignatis, singulis annis in festo Sci Remigii pro remedio anime sue et mee capiendis. Ego autem tanquam Domina, de bona voluntate mea, et etiam ad petitionem predicti mariti karissimi hanc assignationem et concessionem volui et concessi; et predictas decem libras ad dictum vicecomitatum meum sicut superius est expressum, assignavi. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli mei munimine roboratas eidem Ecclesie tradidi.

500. Est-ce Arsis, voir 491, ou Arsy, canton d'Estrées-St-Denis (Oise) ?

501. Foucarmont, canton de Blangy (Seine-Inf.) où existait une abbaye cistercienne fondée en 1139.

502. Le Crotoy, canton de Rue (Somme).

J'ajouterai tout de suite qu'il existe des vidimus de cette charte, à la date du 9 mars 1351, par « Jacques Roussel, garde, au lieu de Robert le Charon du grand scel de la prévôté de Pont-Ste-Maxence », et « par

Actum anno Domini M° CC° trecesimo nono, mense Octobri.

M. Prarond, dans son *Cartulaire du Comté de Ponthieu*, a publié déjà cette pièce n° CXXXIX : « Lettres de dix livres parisis pour une capelle à Saint-Leu d'Esserans, lesquelles on prent à la vicomté du Crotoy, 1239 au mois d'octobre ». Cartul. f° 139 r° et f° 404 v°.

La copie du *Cartulaire du Comté de Ponthieu* porte : au lieu de *Monsterolii*, Monsteroli ; au lieu de *beati Lupi des Cherens*, beati Luppi de Esserans ; au lieu de *libris parisiensium*, libris parisiensibus ; au lieu de *in festo sancti Remigii*, in festo beati Remigii; au lieu de *carissimi*, karissimi ; au lieu de *mense octobri*, mense decembri, ce qui est une erreur de copiste.

CXXIV bis

1240

« Composition » dit la *Bibliothèque Clunisienne*, p. 1498 et 1501, « entre R[obert], évêque de Beauvais et l'abbaye de Cluny, touchant Bury « de Buriaco » du diocèse de Beauvais. Ce fut fait à S. Leu d'Esserent « de Scerente », en présence... de Pierre, prieur de Crépy, de St..., prieur de S. Leu, de R., prieur de Ste Marguerite, Hugues, prieur de S. Sépulcre. »

R. [503] évêque de *Beauvais* (ajoute Afforty, T. XV, p. 933, renvoyant à la même Bibliothèque Clunisienne) notifie l'accord intervenu entre lui et l'abbaye de *St Jean-d'Angély* [504], en Poitou, au sujet de leur ci-devant prieuré de *Bury* [53] (de *Buriaco*) qu'ils lui ont donné moyennant les conditions insérées au présent acte, fait « apud Sanctum Lupum de *Esserento*, viris venerabilibus et religiosis presentibus scilicet: Guillelmo de *Caritate* [505] et E. de *Sancto Martino de Campis Parisiens.*, Petro de *Crispeio*, St... de *Sancto Lupo*, R. de *Sancta Margarita* et Hugone de *Sancto Sepulchro*, prioribus, hoc procurantibus et consilium suum et assensum prestantibus, et propria sigilla appendentibus in testimonium rei geste, anno Domini M° CC° XL°.

Robert Caignet à ce député au lieu de Germain de Révillon, tabellion juré en cette prévôté » : et à la date de février 1498.

503. Robert de Cressonsacq, 1237-1248, fils de Dreux II et d'Agnès de Mauvoisin et frère de Dreux III, qui mourut à la Croisade, et de Thibaud. « Ce fut aussi luy », dit Loisel expliquant l'indication *supra*, « ce fut aussi luy qui acquit de l'abbé de Clugny l'église de Bury à l'Évesché de Beauvais laquelle l'abbé avoit auparavant eu de l'abbé de S. Jean d'Angery [d'Angeli] selon ce qui se veoid es chartes de Giraud, l'abbé de Cluny, l'une d'icelles de l'année MCCXL ». Robert de Cressonsacq mourut en Chypre.

504. S. Jean d'Angeli en Poitou.

505. Guillaume, prieur de la Charité sur Loire;

E., prieur de S. Martin des Champs;

Pierre, prieur de S. Arnoul de Crépy. Voir 346;

R., prieur de Ste Marguerite d'Elincourt. Voir 332. « Dom Bertheau » c'est une remarque que fait à la date de 1237, M. Peyrecave, « Dom Bertheau ne désigne le prieur d'Elincourt que par l'initiale R. ».

Hugues, prieur de Villers-St-Sépulcre.

Prieuré de Villers-St-Sépulcre, canton de Noailles (Oise), fondé par Lancelin de Beauvais en 1060 et lieu de pèlerinage à cause du carreau ou petite dalle apporté là de la Terre sainte.

CXXV

Avril 1240.

Vente, par Pierre d'Orcheu, « *de Orchex* », et Aveline, sa femme, au prieuré de Saint-Leu-d'Esserent, d'une masure, sise à Orcheu, contiguë à la maison du prieuré de Saint-Leu, moyennant 9 livres parisis.

Officialis Silvanectensis universis presentes litteras inspecturis salutem in Dno. Noveritis quod Petrus de *Orchex* [506] et Avelina uxor sua in nostra presencia constituti recognoverunt se vendidisse ecclesie Sci Lupi de *Escerento Belvacensis* dyocesis quandam masuram sitam apud *Orchex* contiguam domui dicte ecclesie pro novem libris paris. de quibus recognoverunt coram nobis sibi fuisse a dicta ecclesia plenarie satisfactum. Dicta vero Avelina quicquid juris habebat vel habere poterat in dicta masura ratione dotis aut quocumque alio modo, dicte ecclesie spontanea voluntate coram nobis quittavit in perpetuum et absolute. Et fiduciaverunt in manu nostra predicti Petrus et Avelina quod contra hanc venditionem et quittationem per se vel per alios de cetero non venient, immo dicte ecclesie garandiam legitimam contra omnes portabunt.

In cujus rei testimonium presentes litteras ad petitionem dictorum Petri et Aveline sigillo curie *Silvanectensis* fecimus communiri.

Datum anno Dni M° CC° quadragesimo, mense Aprili.

La languette de parchemin qui est engagée dans la feuille de la charte, porte un sceau rond et petit avec cette légende † SILVANI.

CXXVI

Janvier 1241.

Jean de la Tournelle, chevalier, fils de Robert le Vieux et frère de Robert le jeune, fonde un anniversaire dans l'église du prieuré, dans laquelle il a choisi sa sépulture à côté de son père et de son frère, et donne, à cette intention, une rente de trois muids de vin à prendre à Montataire, cette donation faite du consentement de Renaud, son frère.

Carta Joannis de Turricula militis de tribus modiis vini pro anniversario suo.

Ego Joannes de Turricula miles, filius Dni Roberti *senioris* et frater Dni Roberti *junioris* [442], notum facio universis tam presentibus quam futuris quod ego ob remedium anime mee et patris mei et antecessorum meorum et pro anniver-

506. Sur Orcheu, voir 121, où il faut lire au lieu de la *Gerbe d'or*, la *Herse d'or*, — et 424,

Le *Cartulaire de Chantilly*, aux archives du château de Chantilly, renferme cet article, pp. 57 et 63 : « Ce sont les chartres d'Orcheus... Pierre sires d'Orcheus, chanoine de Therouane » évidemment parent du Pierre de la charte.

sario meo annuatim recolendo, dedi Deo et Ecclesie beati Lupi de *Hescerento* [507] in qua cum patre et fratre meo specialem elegi sepulturam, tres modios vini annuatim percipiendos apud *Montem Thare* super duas pecias vinee, scilicet duos modios super vineam Noel et unum modium super vineam Marie la Gourlee. Et hoc donum feci de voluntate fratris mei Reginaldi et aliorum amicorum meorum.

Quod ut ratum sit et stabile et ne ab aliquibus successorum meorum dicta Ecclesia possit inquietari, presentem cartam sigilli mei impressione roboratam dicte Ecclesie et monachis ibi Deo servientibus tradidi ad testimonium et munimen.

Actum anno Dni M° CC° XL°, mense Januario.

CXXVII

Novembre 1241.

Jean, seigneur de la Tournelle, fils de Robert le Jeune, confirme la donation que son père a faite à l'église de S. Leu, où il a choisi sa sépulture, de trois muids de vin à percevoir chaque année à Rotheleux.

Alia carta ejusdem Joannis pro anniversario patris sui.

Ego Johannes Dnus de *Turricula*, filius [452] Dni Roberti junioris notum facio universis tam presentibus quam futuris quod Dnus Robertus *junior* pater meus, de assensu et voluntate mea, dedit Deo et Ecclesie beati Lupi de *Hescerento* in qua sibi specialem elegit sepulturam ob remedium anime sue et antecessorum suorum et pro anniversario suo annuatim recolendo, tres modios vini singulis annis percipiendos apud *Roteleu* [508] in domum suam, de redditibus vini quos ipse habebat apud eamdem villam, et hoc donum laudavi pariter et concessi.

Quod ut ratum sit et stabile et ne ab aliquibus successorum meorum dicta Ecclesia super hoc valeat perturbari, presentem cartulam sigilli mei impressione sigillatam prefate Ecclesie et monachis ibi Deo servientibus tradidi ad testimonium et munimen.

Actum anno Dni M° CC° quadragesimo primo, mense novenbrarum.

CXXVIII

Mars 1242.

Jean, seigneur de la Tournelle, fils de Robert le Jeune, donne pour la fondation de son anniversaire 40 sols par. de rente à percevoir sur son travers de Bailleul-sur-Thérain.

507. J'insiste sur l'affection singulière que les Seigneurs de Montataire montraient au prieuré auquel ils demandaient un lieu plus recueilli de sépulture.

508. Rotheleux, hameau de Breuil-le-Vert, canton de Clermont (Oise). Les Archives de l'Oise, Fonds de S. Leu d'Esserent, H 2564, ont gardé, à côté de l'original de la charte que nous annotons : des transactions du prieuré avec Hue, seigneur de Soiecourt en mars 1379 ; avec Etienne Belin, écuyer en juillet 1404... C'est

Carta Joannis de Turricula pro anniversario suo faciendo.

Ego Joannes dnus de *Turricula* filius Dni Roberti *Junioris* [452], notum facio universis tam presentibus quam futuris quod ego ob remedium anime mee et antecessorum meorum et pro anniversario meo memoriter recolendo dedi Deo et Ecclesie beati Lupi de *Escerento* quadraginta solidos parisienses in traverso meo de *Bailliolio super Tharam* [509] singulis annis reddendos in dominica prima quadragesime.

Quod ut ratum sit et stabile et ne ab aliquibus in posterum possit infirmari, presentem cartulam sigilli mei impressione sigillatam dicte Ecclesie tradidi ad testimonium et munimen. Actum anno Dni millesimo ducentesimo quadragesimo primo, mense martio.

CXXIX

1245

Compromis fait par Manassès, trésorier de S. Leu, et Simon de Chambly, chanoine de S. Michel de Beauvais, au sujet de la dîme du territoire qui est entre Mouneus et l'eau du Thérain, laquelle dîme il convient d'adjuger au Prieuré.

Carta de decimis territorii quod est inter Mouneus et aquam Tharæ.

Omnibus presentes litteras inspecturis Manasserus thesaurarius Sti Lupi de *Escerento* et Symon de *Chambliaco* [510] canonicus *Sti Michaelis Belvacensis* salutem in Dno. Universitati vestræ notum facimus quod cum super contentione quæ mota fuit inter Ecclesiam Sti Lupi de *Escerento* et capitulum *Sti Michaelis Belvacensis* super decima territorii quod est inter *Mouneus* [511] et aquam *Tharæ* in nos a partibus esset compromissum sub pena viginti librarum parisiensum a parte resiliente ab arbitrio parti alteri arbitrium observanti reddendarum, nos de consilio bonorum in dicto arbitrio procedentes diem partibus legitima inquisitione super prædicta contentione præhabita coram nobis assignavimus *Belvaci* ad audiendum prolationem arbitrii. Qua die procuratore ecclesiæ Sti Lupi pro ipsa Ecclesia et capitulo *Sti Michaelis* præsentibus, de bonorum consilio decimam prædictam ecclesiæ Sti Lupi supradictæ, arbitrando, perpetuo adjudicavimus.

In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras, sigillorum nostrorum appensione communivimus.

Actum in capitulo *Sti Michaelis Belvacensis* in octavas Ascensionis, anno Dni M° CC° XL° quinto.

par Marguerite fille de Guillaume de la Tournelle, seigneur de Rotheleux en 1373, que ce fief avait passé aux Soiecourt.

509. Bailleul-sur-Thérain, canton de Nivillers (Oise) où Camp de César, restes de l'abbaye de Froidmont, etc.

510. Simon de Chambly, chanoine de la collégiale S. Michel de Beauvais.

511. Voir 258. Moreau a lu: Moneaus.

CXXX

1247.

Pierre de Liancourt [149] reconnaît que la dîme de Cauffry [44] appartenant au prieuré dont il a la jouissance pendant sa vie, retournera aux religieux après son décès.

Cette reconnaissance est indiquée dans l'Inventaire Vatin au chapitre CAUFFRY. Le même Vatin mentionne une donation au prieuré par Enguerrand de Mogneville, d'une portion de terre au même lieu de Cauffry, sans date.

CXXXI

1247.

Remise par Simon, fils du châtelain de Béthisy [512], qui avait épousé Aveline, fille d'Aimier d'Avrigny, de la moitié de la dîme d'Avrigny, etc.

J'ignore ce qu'est devenue cette charte dont le notaire Vatin nous signale ainsi la teneur.

CXXXII

Mai 1249.

Renaud de la Tournelle, chevalier, seigneur de Montataire, fonde l'anniversaire de sa mère par 40 s. par. à prendre à chaque Toussaint sur la mairie de Montataire.

Carta Reginaldi de Turricula pro anniversario matris suæ.

Ego REGINALDUS *de Turricula* [399] miles, Dnus de *Montethare*, notum facio universis presentibus et futuris quod ego ob remedium animarum patris et matris mee et omnium antecessorum meorum et precipue pro anniversario matris mee annuatim recolendo, dedi Deo et Ecclesie *Beati Lupi de Escerento* in perpetuam elemosinam quadraginta solidos parisiensium singulis annis percipiendos ad festum omnium sanctorum in majoria mea de *Montethare*.

Quod ut ratum sit et stabile et ne ab aliquibus in posterum valeat infirmari, presentem cartulam sigilli mei impressione roboratam dicte Ecclesie tradidi ad testimonium et munimen.

Actum anno Dni millesimo CC° XL° nono, mense maio.

512. Le Cartulaire de la cathédrale d'Amiens cite, à la date de 1225, un « Symon de Bestezy, chevalier, plège ou caution. Afforty ramène aussi plus tard, en 1240, Simon de Béthisy dit Buignet, chevalier.

Le chatelain de Béthisy dont le nom semble en déficit dans la charte de 1247, est Hugues de Béthisy, lequel apparaît comme plège à la charte de l'hommage que Renaud de Dammartin fit en 1212, au roi d'Angleterre, Jean, ou plutôt Pierre, qui était châtelain en 1214-1220. Ces Béthisy, qui portaient sur leur écu 3 doloires, avaient des alliances avec les Avrigny, les Villers S. Paul..

CXXXIII

Mai 1250.

Confirmation par Colard d'Houdencourt, dit Froissart, de la donation que Jehan de Grivillers, chevalier, son père, fit d'un muid de blé, mesure de Compiègne, au couvent de Saint-Leu d'Esserent.

Ego Colardus de *Houdencort*, dictus *Froissars*, notum facio universis presentibus et futuris quod dominus Johannes de Griviler, miles pater meus, in statu sane mentis constitutus, assensu et voluntate mea, et fratrum meorum, et uxoris mee, in perpetuam elemosinam dedit et concessit Ecclesie sancti Lupi *de Escerento* et ejusdem loci conventui unum modium bladi ad mensuram de *Compendio* ad valorem melioris, quatuor solidorum minus, singulis annis percipiendum in grangiam meam de *Houdencort* infra festum beati Martini hyemalis.

Quod ut firmum sit et stabile, presentes literas sigilli mei impressione roboratas conventui dicte Ecclesie sancti Lupi tradidi ad testimonium et munimen.

Actum anno Domini M° CC° quinquagesimo, mense mayo.

CXXXIV

Mai 1250.

Confirmation par Colard d'Houdencourt, dit Froissart, de la donation que Raoul de Lassigny, chevalier, fit de 12 sous parisis de rente au prieuré de Saint-Leu-d'Esserent.

Ego Colardus de *Houdencort*, dictus *Froissart* [513], notum facio universis presentibus et futuris quod dominus Radulfus de *Lacheni* [514] miles, assensu et voluntate mea, pro remedio anime sue et antecessorum suorum, dedit et concessit conventui Ecclesie *sancti Lupi de Esceren* in perpetuam elemosinam *duodecim solidos annui census*, quos habebat apud *Houdencort* in censu meo de festo sancti Martini hiemalis ; et quod dicta elemosina movet de feodo meo, ad petitionem dicti R. militis, sigillum meum cum suo sigillo presentibus litteris apposui, et conventui dicte *sancti Lupi* Ecclesie tradidi ad testimonium et munimen.

Actum anno Domini M° CC° quinquagesimo mense mayo.

513. Colard de Houdencort, dit Froissart, fils aîné du suivant.

Jean de Griviler, père de Colard de Houdencourt. « A cette époque », c'est une note de M. Malo dans son *Histoire de Renaud de Boulogne*, « à cette époque se constituait le puy d'Arras, l'une des plus vivantes et fameuses assemblées littéraires du moyen âge, où brillèrent Jean Bretel..., Jean de Grisviler..., Robin de Compiègne ». — Grivillers, canton de Montdidier (Somme).

Houdencourt, canton de Pont-Ste-Maxence (Oise), a son Histoire, grâce au chan. E. Morel.

Voir aux Arch. de l'Oise, H 2541 : Procès entre Jacques de la Mothe et Jacques Milet, écuyers, seigneurs d'Houdancourt et le Prieuré de S. Leu, 1534 ; sentences de 1597, 1637, etc.

514. Raoul de Lacheni, Lassigny. Voir 358.

CXXXV

Vers 1250.

Charte concernant une redevance annuelle d'un muid de froment, qui avait été donnée aux religieux de Saint-Leu-d'Esserent par Mahaut de Dammartin, à prendre « *de tensemento Moynciaci et Moyriaci* », et que l'église de Saint-Leu avait perdu pendant de longues années par la violence des successeurs de la donatrice ; un chevalier, nommé Réri de Goussainville, « de Gonsenvilla », auquel était échue la succession de Mahaut, vint à Saint-Leu et rendit la susdite redevance au couvent en l'offrant sur l'autel de Saint-Leu ; témoins : Raoul, prêtre, et Guillaume, maire de Goussainville.

Sciant omnes presentes et futuri quod Matildis[515] de *Domno Martino* dedit Deo et fratribus de *Escerento* in elemosina de tensemento *Moynciaci* et *Moyriaci*[516] modium frumenti ad mensuram tensementi quem reditum multis annis amisserat ecclesia beati Lupi per violentiam successorum prefate dne ; miles autem quidam Rericus nomine de *Gonsenvilla*[517] qui ad successionem illam venerat legitime, *Hescerentum* veniens, predictam elemosinam beato Lupo reddidit ; et quod uxor ejus *Adalaidis* super altare beati Lupi et in perpetuum in pace possidendam pura devotione concessit.

Presentibus Ulrico ; Raymundo ; Garino ; Adam ; Johanne ; Radulpho presbitero ; Bernardo famulo ; Rotberto Mareschal ; Bernerio Coquo ; Folcaldo pistore et Guillelmo majore de *Gonsenvilla*.

CXXXVI

Décembre 1251.

Jeanne, fille et héritière de Philippe, comte de Boulogne et de Clermont, donne à l'Église de Saint-Leu, où elle a choisi le lieu de sa sépulture, tout ce qu'elle possédait à S. Leu, à la charge de célébrer chaque année son anniversaire et de dire chaque jour une messe pour le repos de son âme et des âmes de ses parents.

Carta Dnæ Joannæ filiæ comitis Boloniæ et Claromontis pro suo anniversario faciendo.

Ego Johanna[518], filia et heres inclitæ recordationis Philippi quondam comitis

515. Mahaut, probablement la veuve d'Aubri II de Dammartin. Voir 215 et 415.

516. Moynciaci et Moyriaci qui, du reste, sont écrits d'une façon qui permet beaucoup d'hésitation dans le déchiffrement, sont-ils Mitry (voir 35)et Mory, canton de Claye-Souilly (S. et M.) ?

517. Goussainville. Voir 299.

518. Jeanne, fille de Philippe Hurepel et de Mahaut de Boulogne et veuve de Gaucher de Châtillon

Bolonie et *Claromontis*, universis ad quos presentes litere iste pervenerint in Dno salutem. Noverit universitas vestra quod ego Ecclesie *Sti Lupi* ubi sepulturam meam elegi, dedi, legavi et concessi in perpetuam elemosynam pro anniversario meo ibi singulis annis faciendo omne illud quod habebam in villa *Sti Lupi* supradicti, volens et statuens quod pro dicto dono dicte Ecclesie *Sti Lupi* a me facto et concesso et legato in perpetuum, prior et conventus *Sti Lupi* teneantur singulis annis in perpetuum ad faciendum celebrari quolibet die unam missam pro Dei fidelibus in ecclesia sua supradicta pro anima mea et animabus patris mei et matris mee et antecessorum meorum.

Ut hoc ratum et firmum et stabile in perpetuum permaneat, dictis priori et conventui tradidi presentes literas sigillo meo roboratas.

Actum anno Domini M°CC° quinquagesimo primo, mense decembri.

CXXXVII

4 Juillet 1253.

Cession par maître Guillaume de Montdidier dit Pesiaux, chanoine de Roye, de tous ses droits sur la dîme du vieux Fignières « de antiquis Feneriis ».

Omnibus ad quos presentes littere pervenerint magister Guillelmus de *Mondesiderio* dictus Pesiaus, canonicus *Roie* [519], salutem in Domino. Noveritis quod ego concessi in perpetuum priori et conventui *Sci Lupi d'Escherent* ut habeant et percipiant libere et absolute quidquid habeo in decimis de *antiquis Feneriis* [144] tam in fructu quam in partu ipsius decime, seu de jure hereditario possessionis, ita tamen quod dicti prior et conventus in singulis annis teneantur pro dicta concessione in quatuor modiis bladi et duobus modiis avene ad mensuram ceterorum illorum qui pro concessione mea dictos bladum et avenam habebant, conducendis et ibidem ad mensuram dicti castri persolvendis. Preterea sciendum est quod dicti prior et conventus seu successores ipsorum in perpetuum reddere teneantur mihi vel illis quibus ego dictos sex modios et elemosinam contulero, quatuor modios de blado seu de frumento in dicta decima excressentes videlicet non de grano de meliore sed de illo eodem et etiam eque bono quod etiam seipsis precipient et ad usum suum proprium retinebunt et duos modios avene bone sortis et legalis ex dicta decima provenientes nisi contingat quod in dicta decima casu fortuito vel alio modo vel de blado seu frumento vel avena non creverit.

qui périt à la Massoure, mourut peu de temps après cette fondation, instituant sa mère usufruitière de ses grands biens. Voir 415, 472.

Le sceau incomplet qui est demeuré appendu à cette charte, laisse voir, comme l'a noté Baluze, une dame debout tenant sur le poing gauche un oiseau de vol (faucon) et assujettissant de la main droite le cordon qui retient son manteau, tandis qu'un chien saute devant elle : le champ est orné de deux roses. Le revers du sceau est palé de vair sous un chef opposé par le chef.

519. Guillaume de Montdidier, dit *Pesiaux*, chan. de Roye, est sans doute le Guillaume *Peselli*, clerc, qui fonda au XIII[e] siècle à Montdidier une chapelle S[te] Catherine. (V. de Beauvillé, *Hist. de Montdidier*).

CXXXVIII

Décembre 1255.

Charte d'Adam de Trocy, escuyer, touchant un arpent de terre scis d la carrière Lambert.

Je Adans *de Troci* [108] escuiers fas asavoir a tous ceus qui ces letres verront que l'esglise de monseigneur *Saint Leu* avoit demy arpent de terre a la *carrière Lambert* [520] a champart que l'esglise m'a donné pour faire ma maison, et je Adans lor en rent I arpent en restor qui siet a *Margeles* que Jeans du Val tient. Et sil avenoit que nul en alast en contre, je Adans et mi oir somes tenu a garandir ou a restorer an sint vaillant comme l'arpent. Et sil avenoit que leglise devant dite eut mestier de la carriere a herberger a *Troci* ou lequels entour le pais, je Adans et mi hoir lotroions a leglise.

Et pour ce que ce soit ferme et estable, je Adans ai seelé ces letres de mon seel et fut fait l'an de lincarnation notre Seigneur M. et CC. et L. V. ou mois de décembre.

CXXXIX

1256-1257.

Charte du seigneur de Montathaire, chevalier, qui pour son anniversaire aumône un arpent de vigne à Sous-Rivière.

Jou Renaus *de le Tornele* chevalier, sires de *Montatere*, fas scavoir a tous chieus ki ches letres verront ke jou ai laissie iretaulement en aumosne a *Saint Leu* por faire mon anniversaire I arpens de vigne ki siet a *Sonrue* [521] en II pieches que jou a cotai a Estevene Freselle et une partie des pres ke jou acotai a chiaus de *Paris* ki furent Gui *de Paloisel* [522], et por che ke che soit ferme et estaule, jou ai ches letres scelles de mon scel [523] en l'an de lincarnation nostre Seigneur mil ans et CC et LVI, el mois de mars.

520. Carrière Lambert, margelles, etc. à Trossy, comm. de St-Maximin.

521. Sonrue ou mieux Sous-Rû, probablement synonyme de Sous-Rivière, « village », dit Dom Grenier, « sur le Térain [Thérain] au-dessous de Cramoisy ».

522. Gui ou Guiart de Paloisel ou Palaiseau — Palaiseau, chef-lieu de canton de Seine-et-Oise.

523. Le scel de la Tournelle porte de... à cinq tours ou donjons crénelés posés 2 2 et 1, comme on le verra entre autres parmi les débris anciens de sculpture qui sont abrités sous la porte du Châtel à Clermont. Voir 402.

CXXXIX bis

Vers août 1257.

Evrard de la Tour[524], bourgeois « de Clermont, » vend aux religieux de S. Leu d'Esserent à Clermont, « in vico qui dicitur le Chastelet » un manoir avec pourpris et dépendances, qu'il tenait du chapitre de S. Evremond de Creil, aliénation approuvée par les chanoines de S. Evremond, seigneurs du fief en août 1257.

CXL

Septembre 1257.

Confirmation par Pierre dit Choisel, chevalier, seigneur du Plessis, près Senlis, et Marie, sa femme, de l'acquisition faite par les religieux de Saint-Leu, d'Evrard de la Tour, d'un arpent et demi de vigne, à Clermont, mouvant de la censive et seigneurie de ladite Marie, aux mêmes cens et droits que ceux payés par Evrard, septembre 1257.

Carta Petri Choiselli militis Dni de Plesseio de quadam vinea apud Claromontem.

Ego Petrus dictus *Choisellus*[481] miles, dominus de *Plesseio* juxta *Silvanectim*, et Maria uxor mea notum facimus universis presentibus et futuris quod nos volumus et concedimus quod viri Religiosi prior et conventus Sti Lupi de *Escerento* teneant de nobis in perpetuum et habeant unum arpennum vinee et dimidium sita apud *Claromontem* quam emerunt ab Evrardo *de Turre*[524] burgensi *Claromontis* et Justa ejus uxore ; que vinea movet de censiva et dominio dicte Marie[525] uxoris mee, ita tamen quod ipsi dictam vineam tenebunt ad censum et consuetudines [ad] quas dictus Evrardus et ejus uxor dictam vineam tenuerunt.

In cujus rei memoria presentes literas sigillorum nostrorum impressionibus roboratas dictis priori et conventui Sti Lupi tradidimus ad testimonium et munimen.

Actum anno Dni millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, mense septembri.

524. Evrard de la Tour, bourgeois de Clermont, marié à Juste. Voir la charte qui suit.

Rue du Châtelet ou du château, où reste de la porte du XII[e] ou du XIII[e] siècle. E. de l'Epinois a noté avec raison que « les religieux de S. Leu possédaient à Clermont une maison de refuge dont les chanoines de S. Evremond de Creil étaient seigneurs féodaux ».

525. Cette phrase : vigne mouvant de la censive de Marie, femme de Pierre Choisel, c'est-à-dire tenue à payer un cens à Marie, aidera peut-être à connaître sa famille.

CXLI

Mars 1257 ou 1258.

Helouis, femme de Robert de Bove etc. donne au Prieuré pour la célébration de son anniversaire, sa part des prés qu'elle avait acquis avec Renaud de la Tournelle, en la prairie de Montataire.

Je Helouis jadis ffanme moncegnur Robert de *Bove* ffais savoir a tous cex qui ses lestres verront que je ai donné a lesglise de moncegnur sain Leu me part des pres que nous conquesimes entre moi et moncegnur Renaut de *Latornele* [452] en le prée de *Montatere* et ces prés aiie donné por fere mon aniversaire chaqun an, et por que ce seit fert et estable ave celées ces lestres de mon ceel an temonnace. Ce fu fet lan de lincarnation nostre Cegnue mil et CCL et VII ou mois de mars.

CXLII

Avril 1258.

Thibaud de Champagne, chevalier, approuve l'aumône que Mathieu de Gouvieux a faite au prieuré de toute la part de tensament qu'il avait à Morancy, et s'engage à la garantir contre Gautier de Villers [S. Paul].

Carta Theobaldi de Campania.

Ego Theobaldus de *Campania* [487] miles, notum facio universis presentibus et futuris quod ego pro salute animæ meæ et omnium antecessorum meorum volo et concedo quod prior et conventus *Sti Lupi de Escerento* in perpetuum pacifice percipiant et habeant totam illam partem de tensamento de *Morenciaco* [526] quam dictis priori et conventui Sti Lupi *a* Matheo de *Gouvix* et hæredibus ipsius in elemosina est collata vel aliomodo concessa et quia dicta elemosina movet de feodo meo, quidquid in dicto tensamento habent eisdem concedo et confirmo dictamque concessionem et confirmationem erga dominum Gaucherum de *Villaribus* [527] militem et ejus heredes dictis priori et conventui Sti Lupi teneor garandire.

In cujus rei memoriam præsentes literas sigilli mei impressione sigillatas dictis priori et conventui Sti Lupi tradidi ad testimonium et munimen.

Actum anno Dni M° CC° L° septimo Mense aprili.

526. Morancy, manoir fortifié du XIII[e] siècle sur les bords de l'Oise, entre Précy et Boran, canton de Neuilly-en-Thelle (Oise), vendu, dit Vatin dans son Inventaire, p. 420, par le Prince de Condé en 1660 à Madame d'Ardencourt de Rosière. Voir 516.

527. Gautier de Villers S. Paul (près Creil), chevalier, est nommé en 1223 dans le Cartul. de Philippe-Auguste; en 1238, 1243, 1252 dans les chartes concernant Chantilly et Pontarmé. — Les Arch. de l'Oise, G 2254, lui donnent comme femme, en 1261, Marie.

CXLIII

Janvier 1259.

Jean de Villers S. Paul et sa femme Marie donnent trois quartiers de vigne au lieu dit le Pin pour leurs anniversaires.

De anniversario Joannis de Villaribus.

Ego Joannes de *Villaribus Sti Pauli* miles [528], notum facio universis presentibus et futuris quod ego et Maria uxor mea ob remedium animarum nostrarum et antecessorum nostrorum et pro anniversariis nostris post decessum nostrum annuatim recolendis pari assensu dedimus et concessimus Deo et Ecclesie *beati Lupi de Escerento* in puram et perpetuam elemosinam tres quarteros vinee sitos apud *Vilers* in loco qui dicitur *le Pin* [529] juxta vineam monachorum *Fisquanensium* sitam in loco qui dicitur *Grandein*, que videlicet vinea movet a dicta Ecclesia *Sti Lupi*, tali modo etiam quod fructus supradicte vinee ego prenominatus Johannes et Maria uxor mea quandiu vixerimus, integre percipiemus.

Quod ut ratum sit et stabile, et ne ab aliquibus successorum meorum dicta Ecclesia super hoc valeat perturbari, presentem cartulam sigilli mei impressione roboratam, prefate Ecclesie et monachis ibi Deo servientibus tradidi ad testimonium et munimen.

Actum anno Dni M° CC° quinquagesimo octavo, mense januario.

Elisabet matris.

CXLIV

Mars 1258 ou 1259.

Nouvelle charte de Jean de Villers S. Paul, chevalier, par laquelle, avec l'assentiment de sa femme Marie, il donne à l'église du B. Leu une vigne dite « vinea de Pinno » laquelle « est mouvante de la censive de l'église S. Leu ».

528. Jean de Villers S. Paul et Marie, sa femme. Ce Jean de Villers était bailli de Clermont en 1238, ce qui inspira à Mathilde, comtesse de Boulogne, de lui donner pour services rendus à elle et à sa fille Jeanne, son bois de Favières et un fonds de terre entre Epineuse et Sacy-le-Grand ; c'était en mars 1238. (Afforty, XV, 882).

L'addition *Elisabet matris* indique-t-elle la mère de Jean ?

529. A Villers, lieu dit le *Pin* ou de *pinno*, à côté de la vigne des moines de Fécamp au lieu dit *Grandein* « où » dit Moreau, « les religieux de Fécamp en Normandie avaient autrefois un domaine assez considérable ». Parmi les bienfaiteurs de cette abbaye de Fécamp, un Aubri, chambrier de France, lui donna le bois mort en sa maison de Villers S. Paul, ce que confirme Louis VII en 1165 (Aff. XIV, 353).

Carta Joannis de Villaribus militis de vinea quæ vocatur de Pinno.

Ego Joannes *de* Villaribus Sti Pauli [528] miles, notum facio universis presentibus et futuris quod Ego de assensu et voluntate Mariæ uxoris meæ dedi et concessi ecclesiæ *Beati Lupi de Escerento* in puram et perpetuam elemosinam tam pro salute animæ meæ quam uxoris meæ et antecessorum nostrorum unam petiam vineæ quæ vocatur vinea de *Pinno* quæ movet de censiva ecclesiæ Sti Lupi, quam vineam ego et Maria uxor mea antedicta communiter acquisieramus. Dictam vero vineam tenebit et habebit amodo in perpetuum dicta ecclesia *Sti Lupi* ita liberam et quietam quod nec ego nec supradicta uxor mea in vita nostra nihil omnino in ea poterimus reclamare; sed nec heredes nostri post decessum nostrum nec etiam ante.

In cujus rei testimonium et munimen de libera voluntate sepedictæ Mariæ uxoris meæ prefatæ *Sti Lupi* ecclesiæ tradidi presentes literas sigilli mei impressione sigillatas.

Actum anno Dni M° CC° L° octavo mense martio.

Cette charte, ajoute Baluze, est scellée d'un scel qui représente les armes du seigneur de Villiers [Villers] qui sont un eschiquier.

CXLV

31 Décembre.

Bulle du pape Alexandre IV (1254-1261), aux évêques de Paris et de Senlis, et à l'abbé de Saint-Remi de Reims, par lequel il leur mande qu'ils avertissent Hugues, échanson de Louis, roi de France, qui s'est emparé du bois de la Sayette, et lui demandent de rendre ce bois ou de leur soumettre le débat. En cas de refus, après un délai de vingt jours, ils devront l'excommunier et défendre la célébration des offices divins dans tout son domaine, à l'exception du baptême des enfants et de la pénitence des mourants. Donné à Anagni le 31 décembre.

Rescriptum Dni Papæ Alexander ad Episcopos Parisiensem et Silvanectensem et abbatem Sti Remigii de sagitta nemore.

Alexander [530] episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus *Parisiensi et Silvanectensi* Episcopis et dilecto filio abbati *Sti Remigii* [531] salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii nostri abbas et fratres *Cluniacenses* per

530. Alexandre, pape 1254-1261.

531. L'évêque de Paris était lors Renaud III de Corbeil ; l'évêque de Senlis, Adam I de Chambli, Robert de la Houssaye ou Robert III de Cressonsacq, neveu de l'évêque de Beauvais du même nom.

nuntium suum nobis significarunt quod Hu[go] pincerna [532] karissimi in Xpo filii nostri L. illustris Francorum Regis eis nemus quod *Sagitta* [282] vocatur, contra justitiam presumpsit auferre, ipsumque reddere penitus contradicit. Quoniam igitur jura predictorum fratrum tanto studiosius manutenere et conservare tenemur quanto eorum monasterium ad jurisdictionem beati Petri ac nostram noscitur specialius pertinere, discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus predictum Hu[gonem] studiosius moneatis et cum omni diligentia laboretis inducere, ut memorato abbati et fratribus prescriptum nemus cum universis ablatis libere et sine contradictione restituat et in pace deinceps et quiete dimittat vel sub vestre discretionis examine plenam exinde sibi justitiam exhibeat. Si autem infra viginti dies post harum susceptionem neutrum horum adimplere voluerit, eum publice appellatione remota excommunicatum denuncietis, et in tota terra ipsius omnia divina preter baptisma parvulorum et penitentias morientum prohibeatis officia celebrari nec excommunicationis vel interdicti sententiam sine satisfactione congrua relaxetis.

Datum *Anagnie* II kalendas Januarii.

CXLVI

25 avril 1262.

Bulle du pape Urbain IV, confirmant au monastère du bienheureux S. Leu « le péage sur la rivière d'Oise que le comte Hugues de Dammartin leur a donné dès la fondation même du monastère ». Donné à Viterbe, etc.

Bulla Dni Urbani Pape 4ti de pedagio super flumen Sare apud Stum Lupum de Escerento.

Urbanus [533] episcopus servus servorum Dei dilectis filiis priori et conventui monasterii Sti Lupi de *Hescerento* Cluniacensis ordinis *Belvacensis* diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Desideriis vestris in hiis affectu benevolo libenter annuimus que vobis et monasterio vestro profutura speramus. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod quondam Hugo comes de *Donnomartino* [13] fundator ejusdem monasterii, in ipsius fundatione dicto monasterio ac priori et conventui ejusdem contulit pedagium in flumine de *Oise* ad comitem ipsum pertinens, quod idem comes et progenitores sui, de assensu clare memorie Regum Francie, consueverant percipere ab antiquo vosque a tempore collationis hujusmodi, quod hominum excedit memoriam, in eodem flumine recepistis hujusmodi pedagium a transeuntibus et recipitis pacifice et quiete. Nos itaque vestris et di-

532. Hugues, échanson du roi Louis.

533. Urbain IV, autrefois chanoine de Laon, dit Moreau.

lecti filii abbatis *Cluniacensis* supplicationibus inclinati, vobis authoritate presentium indulgemus ut premissis veris existentibus, in eodem flumine predictum antiquum pedagium a transeuntibus percipere libere valeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Viterbii sexto kalendas aprilis pontificatus nostri anno primo.

Sceau rond avec *SS. PAPE Urbanus papa IIII.*

CXLVII

6 novembre 1262.

Procès et sentence arbitrale rendue par Jean d'Ully, chancelier de l'Eglise de Beauvais, au sujet des pâturages de S. Leu et de S. Michel, entre Pierre de Cramoisy et Hugues de Sous-Rivière, chevaliers frères, d'une part, et le prieuré de S. Leu d'autre part. L'arbitre juge en faveur du prieuré. Assentiment donné à cette sentence.

Sententia arbitratis inter monachos Sti Lupi et Dnos de Cremoisiaco.

Universis presentes litteras inspecturis Petrus dnus de *Cremoisiaco* et Hugo de *Subtus Riverias* [534] frater ejus, milites, salutem in Dno. Noveritis quod cum contentio esset inter viros religiosos priorem et conventum Sti Luppi de *Escerento* ex una parte et nos ex altera super eo quod prior et conventus dicebant nos nullum jus habere faciendi duci animalia nostra ad pascua Sti Luppi causa depascendi ibidem, tandem de bonorum consilio dicti prior et conventus ex parte una et nos ex altera compromisimus in magistrum Joannem de *Ulliaco* [535] cancellarium *Belvacensem* Regis Francie clericum super premissis qui per sententiam arbitralem pronunciavit nos nullum jus habere faciendi duci animalia nostra ad dicta pascua causa depascendi ibidem, quam sententiam confirmavimus et approbamus prout in litteris dicti magistri Joannis super hoc confectis plenius continetur. Sed dicti prior et conventus nobis volentes gratiam facere specialem, concesserunt quod utrique nostrum quandiu vixerit, ducet animalia sua vel duci faciet ad dicta pascua causa depascendi ibidem. Et promittimus quod propter hoc nullum jus reclamabimus in

534. Pierre de Cramoisy est cité souvent dans ce Cartulaire (73, 96 etc.) et aux Archives de l'Oise (H. 722) aux dates de 1249 et de 1262, avec Hermesende sa femme, Hugues de Sous-Rivière, son frère. — Sous-Rivière est aujourd'hui une ferme de Cramoisy, v. 519.

535. Ce Jean d'Ully, chancelier de l'église de Beauvais, me semble un fils de Thibaud d'Ully et par conséquent un petit neveu de Jean, comte de Beaumont, et un parent des Andilly et des la Boissière, La date de 1273 ramènera son nom « Johannes de Wlliaco » avec le titre d'archidiacre de Beauvais (Afforty, t. XVI, p. 115).

predictis pascuis in proprietate seu possessione, et reputamus dictum priorem et conventum nobis gratiam fecisse specialem super predictis.

Actum anno Dni millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, die lune post festum omnium Sanctorum.

CXLVIII

1er mars 1263.

Thibaud Li Poz de Verneuil et sa femme Aveline Desprez abandonnent au Prieuré de S. Leu tous leurs meubles et conquets et Aveline ajoute à cette donation celle du cinquième de tout son héritage.

Je Thiebauz Lipoz de *Vernüel* [536] chevaliers et Je Aveline Desprez [268] sa femme fesons a savoir a tous ceux qui ces letres verront que nos avons doné et otroié a perpetuiel aumosne a leglise de Monseignor Seint Leu là où nos avons esleu nostre sepulture, pour le salut de nos ames et de nos ancesseurs tous nos meubles et tous nos conquez en quelque lieu que il soient, et aveques ce, je devant dite Aveline ai doné et otroié a la devant dite eglise de Monseignor Seint Leu la quinte part de tout mon heritage en quelque lieu que il soit et quelques choses que ce soient.

Et pour ce que ce soit ferme et estable, je devant diz Thiebauz et je devant dite Aveline avons mis nos seaux en ces presentes letres. Ce fut fait en l'an de l'incarnation Nostre Seigneur M et CC et LXII, le premier jour de mars.

CXLIX

Vers 1263.

Foulques, prêtre, qui fut lépreux, donna à la fin de sa vie tout ce qu'il possédait... En retour, le Prieuré concède à son frère Hervé cette aumône à la charge de deux mines de moisson, etc.

De elemosina Domini Fulconis presbyteri

Sciant universi præsentes et futuri quod donnus Fulcho presbyter qui fuit leprosus [537] ad finem veniens dedit Deo et Ecclesiæ Sti Lupi de *Hescerento* in elemosyna partem rerum suarum et, ne posteris libera facultas super hoc recla-

536. Thibaut li Poz ou le Pot, d'une famille qui apparaît dans le Senlisois dès le milieu du XIIe siècle : Odo qui dicitur li Poz, Eudes li Poz (Afforty, t. XIV, p. 155 et 628) en 1154 et 1180. Un Thibaut li Poz est nommé dans le dénombrement des 21 fiefs de Creil en 1218. Son frère Jean est cité dans une charte de S. Christophe en Halatte en même temps que lui en 1240. — Verneuil, v. 110.

537. Noter ce détail effrayant : Qui fuit leprosus. Voir *Monographie* des rues... de Senlis, chap. S. Lazare, etc.

mandi daretur, sub testimonio illorum qui adfuerunt prædictam elemosinam sicuti facta fuit, memoriæ literarum tradere curavimus. Dedit igitur prædictus Fulcho partem suam omnem quam habebat in domo cum omnibus apprenditiis suis. Dedit etiam V^e^ sextarios vini, et partem quamdam terræ quæ est sita ad *Aubengni* [538], et aliam partem ad *Spinam*, et partem ad *profundam Margellam*, et aliam partem ad *Beteinmunt*, partem etiam in una dicta terra *ad XXX^a^ vias*, et aliam partem in campo de *Houdeier*, et aliam partem ad *Vaucel*. Hæc omnia sicut descripta sunt, dedit Deo et Ecclesiæ Sti Lupi.

Prior vero ejusdem loci assensu capituli sui, rogatu vero et petitione prædicti Fulchonis dedit et concessit Herveo fratri suo prædictam elemosinam sub tali conditione, ut omni anno censum exinde super memoratis cunctis partibus duas minas segetis, unam frumenti et aliam avenæ et VI sextarios vini, hoc quamdiu bene reddiderit. Quod si censum reddere noluerit, Ecclesia beati Lupi prædictam elemosinam cui voluerit dabit. Herveus vero prædictus non poterit per partes dividere jam dictam elemosinam sed uni ex suis heredibus totam elemosinam ex integro dabit.

Hujus rei testes fuerunt, et interfuerunt Gaulterius præpositus, Fulcho de *Bussi* [539], Lambertus pistor, Odelinus filius præpositi.

CL

Avril 1263.

Pierre de Chenevières cède au prieuré cinq arpents de terre au territoire de S. Leu. Le prieuré les avait achetés à Raoul, fils de défunt Guillaume, prévôt de S. Leu, et ils meuvent du fief que tient de lui Bertaud de S. Leu, dit de Breuil.

Carta Petri de Chenevieres domicelli de V arpennis terre apud Stum Lupum.

Ego Petrus domicellus de *Chenevieres* [540] notum facio universis presentibus et futuris, quod ego pro salute anime mee et parentum meorum volo et concedo quod prior et conventus Sti Lupi de *Escerento* teneant et habeant in perpetuum quinque arpennos terre sitos in territorio de *Sto Lupo*, quos scilicet prior et conventus emerunt a Rodulfo filio quondam Guillermi prepositi ville Sti Lupi et movent de feodo quem tenet de me Bertaudus de *Sto Lupo* dictus de *Brolio* [40].

538. Aubengni, l'Épine, profonde margelle. Beteinmont... les trente voies, le champ de Houdeier. Vaucel. Ces dénominations sont conservées en partie dans les plans cadastraux.

539. Foulques de Bussi, probablement Boissy ; v. 103.

540. Afforty, qui a empilé tant d'indications pour notre béatitude, citera à la date de 1279 (t. XVI, p. 294), Pierre Choisel, chevalier seigneur de Chenevières, dont il décrit ainsi les armoiries : un écu chargé d'un sautoir semé de fleurs de lys ou 3 en chef, 3 de chaque côté et 4 en pointe 1, 2, 1 † S. Petri dicti Choisel militis. Ce Pierre est probablement le Pierre, fils d'Aubri de S. Leu, qui sera cité en 1267 ; v. 482.

In cujus rei memoria presenti litere sigillum meum apposui ad testimonium et munimen. Actum anno Dni millesimo ducentesimo sexagesimo tertio mense aprili.

CLI

1263

Vente, par devant maître Guillaume, official de Clermont, par Agnès, femme d'Adam des Champs, du consentement de son mari, au prieur de Saint-Leu « de Cerento », moyennant 9 livres parisis, d'une vigne et d'une terre contiguë, tenant à la maison d'Adam, à l'ouest, et au verger du prieur, à l'est, 1263.

L'on trouvera le texte qui est sans intérêt aux Arch. de l'Oise H. 2523. Nous agirons désormais de cette façon avec plus d'un document.

CLII

Mars 1265.

Hubert, prieur, et les religieux de Sainte-Marguerite d'Élincourt reconnaissent qu'ils doivent à Pierre, prieur, et aux religieux de Saint-Leu-d'Esserent, deux muids de blé et deux muids d'avoine, à la mesure de « *Fransières* », pour raison de moitié de la dîme de « Fresneel ».

Carta Huberti prioris Stæ Margueritæ de decima de Fresneel.

Nos frater Hubertus prior humilis *Ste Margarite* de *Helyneurte* [332] ac ejusdem loci conventus notum facimus presentes litteras inspecturis quod nos tenemur viris religiosis Petro priori et conventui Sti Lupi de *Ascerento* et eorum successoribus in duobus modiis frumenti et totidem avene censualibus ad mensuram de *Fransieres* [333], ratione medietatis cujusdam decime pertinentis ad priorem et conventum Sci Lupi predictos quam medietatem decime ab eisdem sub censu predicto tenemus apud *Fresneel* [333], promittentes pro nobis et nostris successoribus bona fide predictis priori et conventui Sci Lupi et eorum successoribus reddere et solvere annis singulis prefatos duos modios frumenti et totidem avene ad mensuram predictam de annona ipsius decime non mutata. Quod si in solutione census predicti integre facienda nos aut successores nostri deficeremus quod absit! volumus ex nunc et concedimus pro nobis et successoribus nostris quod prefata decime medietas ad prefatos priorem et conventum Sci Lupi et suos successores tanquam suum proprium necnon ipsius medietatis decime possessio plenissime et pacifice sine ulla calumpnia revertantur. Ipsique prior et conventus Sci Lupi et successores eorum possessionem eandem propria authoritate intrare valeant et habere.

In cujus rei testimonium nos prior et conventus *Sce Margarite* predicti sigilla nostra una cum sigillo reverendi in Christo Patris donni Yvonis[541], abbatis nostri *Cluniacensis* quod hiis præsentibus supplicavimus apponi, duximus apponenda. Actum anno Domini M° CC° LX° quarto mense marcii.

CLIII

29 Avril 1265.

Autre bulle du pape Clément IV au doyen de l'église de S. Etienne de Montauban, par laquelle il lui donne la mission de forcer par des avertissements et des excommunications les détenteurs de biens appartenant au prieuré de S. Leu de les restituer.

Alia bulla Clementis Pape 4, contra diripientes bona monasterii.

